# LEGIBUS. DOCTORUM AUCTORITATIBUS. AC RATIONIBUS. PATREM N...

Francesco Iacovacci

# LEGIBVS.


# DOCTORVM AVCTORITATIBVS. AC RATIONIBVS.

PATREM .N. QVAMVIS REFORMATVM, ET INTVITV Decreti Custodem electum, tamen ex pręcepto Regulę Constitutionum Apostolicarum, Ordinisquè statutorum, Custodem Prouincialem Patrum de Obseruantia pręcisè ac totius Prouincię extitisse, Prouincię Patrem fuisse, ac esse. In possessione Paternitatis, & iuris PP. praecedendi existere.

**Ostenditur clarè, & probatur succinctè.**

*Auctore P. Francisco Iacobacio V. I. D.*





TARVISII, M. DC. XLVIII.

Ex Typographia Righettina.

*Superiorum Permissu.*

# CASVS CONTINGENTIA PROPONITVR.

IN capitulo Prouinciali .N. facto Anno Dñi. 1632. à Patribus de Obseruantia, qui tunc ex Vi, & intuitu statuti generalis ad creandos suos officiales tenebantur capitulum Prouinciale conuocare, & facere in simul cum Reformatis eorum Partibus, ac Membris. Et insuper ex vi dicti statuti Ordinis, Regulæ, & Constitutionum Apostolicarum tenebantur creare suum Ministrum, & Custodem Prouincialem alterutrum ex dictis, vel Obseruantibus, vel Reformatis. Electus fuit communibus votis, tam Obseruantium, quàm Reformatorum Custos Prouincialis Pater .N. dum in strictiori Obseruantia degeret, qui erat Vocalis, vt Reformatus vi, & intuitu cuiusdam Decreti à sacra congregatione emanati Anno Dñi. 1628., sic circa subiectam materiam dicentis. *Insuper determinatum est, vt quandocumque Minister Prouincialis fuerit de Reformatis. Tunc Custos mittendus ad commitia Generalia eligatur ex Patribus de Familia. Et vice versa, quãdo Prouincialis fuerit ex Fratribus de Familia, tunc Custos mittendus supradictus sit Reformatus, vt vnaquaque Pars vnum Vocalem habeat in commitijs Generalibus.* Ex qua electione nunc nonnullæ exortæ sunt difficultates; pro quarum notitia, exactaquè discussione quatuor quæruntur.

Primò Quæritur; An dictus Pater electus communibus Votis Custos Prouincialis, vt Reformatus intuitu, ac vi dicti Decreti; secundum Regulam, Constitutiones Apostolicas, Ordinisque statuta Generalia

 fuerit

fuerit Custos Vocalis tantùm pro Reformatis, vel etiam pro Patribus de Obseruantia principaliter, & totius Prouinciæ?

Secundo Quæritur. An dictum Decretum annullauerit, vel dispensauerit Regulæ preceptum, Constitutiones Apostolicas, Ordinisque statuta, præcipientia electionem Ministri, & Custodis Prouincialis in capitulis Prouincialibus pro Prouincia, non pro parte tantùm Reformatorũ? Vel etiam. An Decretum annullauerit, vel dispensauerit Constitutiones Gregorij XIII. Clementis VIII. Pauli V. & Vrbani VIII. prohibentes, quòd Patres de Obseruantia non possint, nec debeant se intromittere in creatione officialium pro Reformatis tantùm?

Tertiò Queritur. An statuta Generalia Calatayeronensis lata Patribus de Obseruantia, siue Cismontanis Familijs, quod tunc tempore comprehenderant etiam Reformatos, quamuis expressè non nominatos, itaut eis obedire ex precepto Regulæ tenerentur?

Quartò Quæritur. An dictus Pater non solùm electus fuerit Custos Prouincialis ex vi, & præcepto Regulæ, Constitutionum, & Decreti; sed etiam ex vi, & præcepto statuti Generalis præcipientis Custodes Vocales faciendos in Prouincialibus capitulis ipsa commitia Generalia immediatè præcedentibus?

Antequàm harum Questionum solutionem aggrediamur; præmittenda sunt aliqua notanda scitu necessaria, & ab omnibus sanè intelligentibus acceptata.

Primum Not. Punctum certum, ac præceptum Regulæ, Constitutionibus Apostolicis, Ordinisque statutis confirmatum hoc est, Vt vnaquæque Prouincia Ministrum, & suum Custodem Vocalem habeat suo tempore.

Secund. Not. Quando supradictus Pater electus fuit Custos Prouincialis; nondum factæ fuerant diuisiones inter Obseruantes, & Reformatos, sic quod isti, & illi facerent diuersas Familias, ac Prouincias; imò tunc Reformati erant Partes, & Membra Patrum de Obseruantia, eiusdem Familiæ, ac Prouinciæ, cum eis, tamquam vnius corporis vnita.

Tertium Not. Reformati in capitulis Prouincialibus pro, & ab Obseruantibus factis vocem actiuam, & passiuam habebant, non solum vi Constitutionum Apostolicarum, sed etiam intuitu, ac præcepto Regulæ, & Ordinis statutorũ, quia erant membra, & partes Prouinciæ, vt ipsimet Patres de Obseruãtia, & in hoc eius subditi. Ideoq; eligi poterãt Ministri, Custodes, & Officiales pro Patribus de Familia, & tota Prouincia.

Quar-

Quartum Not. Quamuis Reformati in loca peculiarià degerent, ac Ministro, & Diffinitorio Obseruãtium ex spetiali indulto supradictorum Pontificum non obtemperarent; quia tamen erant Partes, & membra Obseruantium, & Prouinciæ, & ad Prouincialis electionem suis Votis concurrebant, idem Minister Prouincialis, erat Minister etiam Reformatorum, & vt talem eumdem cognoscebant, & venerabantur, tam ex præcepto Regulę, vt patet in X. Cap. Reg. quàm ex Constitutione Pauli V. quæ incipit. *Postulat Apostolici muneris, &c.* Idem prorsus de Custode Prouinciali dicendum est, qui communibus Votis electus erat Custos totius Prouinciæ, non partis tantùm; Et hac de causa omnes tam Obseruantes, quam Reformati insimul ad capitulum Prouinciale conueniebant ex vi, & præcepto Constitutionum Apostolicarum, & statutorum Generalium ad faciendum suum Ministrum, & Custodem pro tota Prouincia, non pro Parte, in qua electione quilibet ex istis duobus membris, vel Partibus eligi poterat Minister, & Custos Prouincialis pro tota Prouincia.

Quintum Not. Ex quo Patres de Obseruantia erant principalis Pars Prouinciæ, penes ipsos residebat potestas conuocandi capitulum Prouinciale. Atque adeò ipsi tantum ex præcepto Regulæ; Constitutionum, Decreti Ordinis statutorum poterant capitulum Prouinciale conuocare, & celebrare, concurrentibus tamen Reformatis, vt eorum Membris, & Partibus. At Reformati per se non poterant congregare, nec capitulum Prouinciale facere, nec tenebantur Custodem Prouincialem pro se ipsis facere; sed concurrere cum Patribus Obseruantibus ad faciendum Custodem, & Ministrum Communé pro tota Prouincia.

Sextum Not. Quando in capitulo Prouinciali Patrum de Obseruantia. Minister eligebatur ex eadem Obseruantia, & Custos ex vi Decreti eligebatur ex Reformatis. Ista electio fiebat Vi eiusdem Decreti pro tota Prouincia; quia Decretum nihil innouat, quo ad electionem circa Regulam, & Ordinis statuta, sed pręcisè tradit formam alternatiuam seruandam in capitulis Prouincialibus, in quibus fiebant.

Septimum Not. Reformati, vt Partes, & Membra Patrum de Obseruãtia, & Prouinciæ, ad capitula Prouincialia concurrebant ad faciendos tantum Ministrum, Custodem, & Diffinitores principaliter pro Obseruantibus, & tota Prouincia. Ipsi autem Obseruantes non concurrebant ad faciendum officiales pro Reformatis, cum hoc eis prohibitum esset; sed ipsimet Reformati ex indulto Apostolico congregabantur

tur

tur ad faciendos suos officiales per se; &c.

Octauum Not. Tunc in illo capitulo duo obseruari debuerant: vnum ex præcepto Regulæ, vi Constitutionum, & Ordinis statutorum, Videlicet electio vnius istorum Membrorum, siue Partium constituentium vnam tantùm Prouinciam, qui erant Obseruantes, & Reformati, quorum quilibet eligi poterat Minister, & Custos prò tota Prouincia. Alterum obseruandum erat ex vi, & intuitu Decreti, videlicet electio alicuius Reformati pro satisfactione Partium, tam Obseruantium, quam Reformatorum.

Nonum Not. Duæ itaque formæ circa prædictam electionem considerātur. Vna substantialis, accidentalis altera. Forma substantialis, quæ ex Regula sub pęna Peccati Mortalis obligabat ad satisfaciendum eidem Regulæ, Constitutionibus Apostolicis, & Ordinis statutis, erat electio alterutrius istorum duorum Membrorum, siue Obseruantium, siue Reformatorum. Altera forma erat accidentalis superinducta ex vi Decreti, vt nimirum pro satisfactione partis, scilicet Reformatorum; seruaretur alternatiua, quod aliquis eorum eligeretur, vel Minister, vel Custos. Et hac de causa dictus Pater .N. ex vi, & præcepto Regulæ, Constitutionum, & Ordinis statutorum fuit Custos essentialiter Patrum de Obseruantia, & totius Prouinciæ, vt vnus dictorum Membrorum, siue Partium Prouinciam constituentium, qui eligi poterat in tali officio pro tota Prouincia. Et insuper electus fuit vi Decreti, vt Reformatus pro satisfactione Reformatorum ad seruandam dictam alternatiuam, quæ erat forma accidentalis illius electionis; prout dictum est, & probabitur inferius. His præmotatis.

Ad primam quęstionem breuiter respondendo, dicimus supradictum Patrem .N. in illo capitulo celebrato ab Obseruantibus communibus Votis electum, ac factum fuisse Custodem Prouincialem Patrum de Obseruantia principaliter, & totius Prouinciæ, & non tantum pro Reformatis.

Primò Probatur multipliciter. Primò. Patres de Obseruantia principaliter insimul cum Reformatis eorum Partibus, & Membris, in illo capitulo Prouinciali pro ipsis conuocato, & celebrato, in quo suos officiales tantum fecerunt, tenebantur ex præcepto Regulæ, ex Vi Constitutionum Apostolicarum, & Ordinis statutorum, nec non ex vi Decreti eligere suum Ministrum, & Custodem Prouincialem, cum dicta alternatiua electione. Ergo Pater .N. tunc factus Custos, fuit electus

principaliter, & essentialiter pro Obseruantibus, & totius Prouinciæ, & non Reformatorum tantùm: Antecedens, quo ad omnes Partes clarum est ex præmissis notandis.

Probatur consequentia tripliciter. Primò Pater .N., vt Membrum, & Pars totius corporis Prouinciæ, & habens in illo capitulo vocem actiuam, & passiuam, habebat ius ad electionem de se factam in Custodē totius Prouinciæ; vt patet. Ergo non fuit factus Custos Partis Minimæ tantùm; sed totius Prouinciæ.

Secundò. Ex præcepto Regulæ obligans ad Peccatum Mortale, ac etiam ex præcepto Constitutionum Apostolicarum, & Ordinis Statutorum, tenebantur Patres Obseruantes eligere vnum Custodem Vocalem totius Prouinciæ. Sed alium non elegerunt, præter dictum Patrē.N. Ergo dictus Pater fuit Custos totius Prouinciæ; nō pro Reformatis tantùm.

Tertiò. Patres Obseruantes ex Constitutionibus Apostolicis Gregorij XIII., & aliorum Summorum Pontificum præcitatorum, nullum poterant eligere officialem Reformatorum, vt Reformatorum. Sed in dicto capitulo Prouinciali elegerunt istum Patrem .N. Ergo non elegerunt ipsum officialem Reformatorum, vt Reformatorum; sed vt officialem, & Custodem precisè Obseruantium, & totius Prouinciæ, pro qua solum Obseruantes facultatem habebant eligendi, & pro qua tenebantur eligere vnum Custodem Prouincialem pro Commitijs Generalibus, Vocalem totius Prouinciæ.

Secundò probatur. Quia principaliter Decretum implicitè, & Virtualiter, quò ad talem electionē præcipit idem, quod Regula, Constitutiones, & statuta Generalia Ordinis. Sed hæc præcipiunt electionem Custodis pro tota Prouincia, non pro parte minima tantùm. Ergo Pater .N. electus fuit Custos totius Prouinciæ, & non Partis tantùm. Minor patet. Maior probatur. Tum quia Decretum nullo modo irritat, nec dispensat Regulam, Constitutiones Apostolicas, & statuta Ordinis, quò ad electionem in capitulis Prouincialibus faciendis, vt patet intuenti ipsum; & probabitur latè in quæstione sequenti, sed tantum tradit formam alternatiuam in electionibus Ministri, & Custodis seruandam. Ergo sicut, si Pater .N. ante Decretum electus fuisset, verè fuisset Custos totius Prouinciæ, & non pro Reformatis tantum. Ergo etiam post ex vi eiusdem Decreti erit Custos totius Prouinciæ. Probatur consequentia, tum quia ad oppositum deberet tunc eligi tantum à suis Superioribus; Tum quia talis forma noua alter-

natiua,

natiua; cum non sit substantialis; non variat essentialiter electionem, quæ planissimè inferius demonstrabitur. Tum etiam, quia sicut Pater .N. tunc factus fuit Minister ex Obseruantibus ex vi Decreti pro eorum satisfactione, & tamen ex vi Regulæ, Constitutionum, & Ordinis statutorum fuit Minister totius Prouinciæ, tam Obseruantium, quam Reformatorum, & non Partis. Itapari ratione; Pater .N. factus Custos ex Reformatis vi Decreti pro eorum satisfactione. Tamen ex vi, & præcepto Regulæ, Constitutionum, & Ordinis statutorum fuit Custos non Reformatorum præcisè, sed etiam Patrum de Obseruantia, & totius Prouinciæ.

Tertiò probatur à simili. In Prouincia Bononiæ, quæ ex duabus nationibus, vel Partibus scilicet Lombardia, & Romania integratur, & in pluribus alijs Prouincijs familiæ Obseruantinm diuersas nationes, vel Custodes complectentes. Lex municipalis, seu Consuetudo obtinuit, vt in electionibus capitularibus detur alternatiua electio pro satisfactione Partium. Itaque intuitu vnius nationis, vel Custodiæ pro eius satisfactione fit Minister Prouincialis, & pro alterius satisfactione Custos. Deinde sequenti capitulo alternantur vices; & tamen Minister electus pro satisfactione vnius Partis, non est Minister præcisè illius partis tantum, nec Custos, vel Diffinitor datur vni Custodiæ pro eius satisfactione non est præcisè illius, sed ambo sunt æquè officiales totius Prouinciæ ex vi Regulæ, Constitutionum, & Ordinis statutorum. Ergo idem prorsus in casu nostro de isto Patre dicendũ erit. Quidquid Contradictor ineptè contrarium dixerit. Consequentia clarissima, quia iste Pater, vt Membrum Patrum de Obseruantia, & Pars Prouinciæ ex vi Regulæ Constitutionum, & Ordinis statutorum, & tamquam vocalis habens in ea votum actiuum, & passiuum, æquè proportionaliter se habuit, quò ad electionem officialium totius Prouinciæ .N. sicút se habent Patres diuersarum nationum, vel Custodiarum in alijs Prouincijs,

Quartò Probatur. Si Decretum ita intelligeretur, vt electio dicti Patris .N. ad Custodiatum facta ab Obseruantibus foret tantum pro Reformatis; tunc duo sequerentur. Primò quòd ipsi Patres Obseruantes transgressi fuissent Regulam, Constitutiones, & statuta Ordinis præcipientia fieri Custodem Prouincialem in capitulo immediatè præcedente commitia Generalia, totius Prouinciæ, non Partis minimæ. Secundò sequeretur, quòd ipsi contra prohibitiones summorum

Pon-

Pontificum se intromisissent ad eligendos officiales proprios Reformatorum. Ambo hæc sunt absurda. Ergo ne in ea incidant, fateantur, pro vt ratione fateri conuincuntur, talem Custodem factum votis communibus fuisse non pro Reformatis tantùm, sed etiam principaliter pro Patribus de Obseruantia, & totius Prouinciæ.

Quintò Probatur. Quia si in aliquo capitulo Prouinciali præcedente emanationem dicti Decreti, Pater .N. fuisset electus ab Obseruantibus, & Reformatis communibus votis Custos Prouincialis, verè tamen quamuis Reformatus, & ex Reformatis assumptus, fuisset Custos non partis infimæ Prouinciæ Reformatorum, sed totius Prouinciæ, & Obseruantium principaliter. Ergo etiam post Decretum idem dicendum erit. Consequentia clara, quia Decretum nil annullat, vel dispensat de iure communi, nec aliud innouat, seu decernit, nisi, vt seruetur prædicta forma alternatiua in capitulis Prouincialibus, reliqua verò, quæ ante dictum Decretum fieri consueuerant, remaneant illæsa & in antiquo suo robore: Itaque seruanda erat forma substantialis obligans ad Peccatum mortale ex vi, & præcepto Regulæ; Constitutionum, & Ordinis statutorum de eligendis ministro, & Custode non pro parte, sed pro tota Prouincia pro Commitijs Generalibus celebrandis. Et hoc ex *vi* eiusdem Regulæ, Constitutionum, & Ordinis statutorum, quæ omnia vocantur ius commune. *Rodericus T. 3. qu. 11. art 9. Barbosa in votis. Dec. lib. 2. Vot. 52. n. 12. 24. Gratianus discep. for. cap. 318. num. 16. Tamburinius de iure Abbat. Ti. disp. 5. quæst.*

Sextò Probatur. Quòd ex dictis sequitur sexta ratio. Quod dictus Pater .N. non solum fuit Custos totius Prouinciæ ex vi, & præcepto Regulæ; &c. sed etiam ex vi Decreti. Quod sic probatur, Decretum nil excipit de iure communi in electionibus capitulorum Prouincialium faciendis, nisi hanc conditionem, seu alternatiuam formam accidentalem. Quod scilicet fiat vnum Votum pro satisfactione Reformatorum; at exceptio firmat regulam in contrarium. *Barbosa axioma. 85. num. 4. cum ibi allegatis.* Ergo excepta illa forma prędicta reliqua ex vi Decreti firmantur in robore, & iure antiquo, & dispositioni iuris communis relinquuntur. At ius commune præcipit fieri ministrum, & Custodem non pro Patre minima, cuius modi erant Reformati, sed pro tota Prouincia. Ergo, &c.

Septimò. Quod Constitutio Vrbani VIII. data anno Domini 1639. quæ incipit. *Iniuncti nobis per abundantiam &c.* Per quam Custodiæ Re-

formatorum separatæ sunt ab Obseruantibus, & Prouinciæ factæ fuerunt, sub obedientia tamen Ministri, & Superiorum Generalium; tradens formam seruandam in capitulo Generali pro electione Diffinitorum Generalium. Sic ait. *Quod eligantur quatuor Diffinitores ex familia, & duo ex Reformatis*. Nunc quæso. An isti duo Diffinitores Generales assumpti ex Reformatis ex vi Constitutionis Vrbanæ sint Diffinitores Generales pro Reformatis tantùm, & Prouincijs Reformatis tantùm, vel pro singulis, & omnibus Prouincijs cismontanæ familiæ? Nullus sanæ mentis negabit alteram partem disiunctiuè esse veram. Tunc sic in proposito arguitur, eamdem proportionem habet iste Pater electus ex vi Decreti in capitulo Prouinciali ad totam Prouinciam, quam habent illi duo Diffinitores Generales electi ex vi constitutionis Vrbanę in capitulis Generalibus ad totam familliam Cismontanam. Sed illi, quamuis assumpti ex Reformatis, & pro satisfatione Reformatorum, sunt verè Diffinitores Generales non Partis, sed totius familiæ Cismontanæ. Ergò, & iste Pater quamuis assumptus ex Reformatis vi Decreti, & pro satisfactione Reformatorum electus, erat Custos non vnius Partis Prouinciæ, scilicet Reformatorum, sed Obseruantium, & totius Prouinciæ.

Octauò Probatur. Si in illo capitulo dictus Pater ex vi Decreti electus fuisset Minister Prouincialis absque dubio quàmuis, ex Reformatis assumptus, & pro eorum satisfactione, electus fuisset Minister, non Reformatorum præcisè, sed Patrum de Obseruantia principaliter, & totius Prouinciæ ex vi, & præcepto Regulæ, Constitutionum, & Ordinis statutorum. Ergo pari ratione idem Pater de facto electus communibus votis Reformatorum & Obseruantium Custos, quamuis ex Reformatis ex vi, & intuitu Decreti assumptus, & pro satisfactione eorum electus, erit verè Custos Prouincialis non Reformatorum præcisè, sed verè Vocalis Custos totius Prouinciæ, & principaliter Patrum de Obseruantia ex iure communi, scilicet ex Regula, Constitutionibus, & statutis.

Contradictor noster facilè negabit paritatem; sed gratis. Ostendat disparitatem, quam planè ostendere nequit. Cum Pater iste, tamquam Membrum, & Pars Prouinciæ habuerit vocem actiuam, & passiuam respectu vtriusque Officij; cum ex vi Decreti in alterutrum eligi debuerit pro tota Prouincia, ad commitia Generalia mittendus; & cum tandem ex vi Regulæ; &c. Ergo foret facienda electio Custo-

adis, & Ministri pro tota Prouincia.

Confirmatur ex capite Regulæ, & Expositoribus ibi; non solum Minister Prouincialis tenetur eligere, & ex causa deponere Ministrum Generalem; sed etiam Custos Prouincialis, & Vocalis ad idem tenetur ex Regula, &c. Ergo Custos Electus exui Decreti æqualem quò adhuc sortitur conditionem, auctoritatem, & æquè pro tota Prouincia gerit vices, defert votum, sicut, & Minister pro tota Prouincia idem facit, & per consequens par erit ratio vtriusque.

Supradicta prima Quæstio posita, ac enucleata fuit. Quia Contradictor asseruit, dictum Patrem .N. in illo capitulo ab Obseruantibus pro ipsis celebrato ad suos officiales faciendos, electum tantum fuisse, ac etiam solum extitisse Custodem Prouincialem pro Reformatis; non verò pro Obseruantibus, & tota Prouincia. Quod est falsissimum. Vt visum fuit, & contra Regulam.

Secunda Quæstio. An dictum Decretum annullauerit, vel dispensauerit Regulæ præceptum, Constitutiones Apostolicas, & Ordinis statuta præcipientia in capitulis Prouincialibus creationem Ministri, & Custodis Prouincialis pro Prouincia, non pro Parte tantum?

Vel sic. An Decretum vocem actiuam Patribus de Obseruantia dederit, & potestatem eligendi Custodem Prouincialem pro Reformatis tantum, annullando, & irritando ius commune, idest supradictas Constitutiones talia prohibentes?

Quamuis pars negatiua huius quæstionis adeò clara sit, vt nullatenus in discrimen verti debuerit, vertitur tamen propter nostrum Contradictorem, qui nostris obrutus rationibus, vt se saluaret incidit in syllam, cupiens vitare caribdim; & dixit. Dictum Decretum Patribus de Obseruantia vocem actiuam videtur dedisse ad faciendum Custodē Prouincialem pro Parte, Reformatorum tantùm, annullando, & dispensando supradictas Constitutiones. *Gregorij XIII. Clementis VIII. & Vrbani VIII.* Talia prohibentes. Et consequenter asseruit, electionem ad Custodiatum præfati Patris .N. factam vi, & intuitu Decreti pro Parte tantum Reformatorum satisfecisse iuri communi; idest Regulæ, Constitutionibus Apostolicis, & Ordinis statutis præcipientibus talem electionem Ministri, & Custodis Vocalis fieri debere pro tota Prouincia, non pro Parte tantùm minima, quæ tunc erant Reformati. Quantum iste Contradictor à veritate aberrat aliquibus prænotatis probabitur.

Primum Not. Nunc reuocanda sunt fundamenta praemissa in notabilibus praecedentis quaestionis; videlicet, quòd Patres Obseruantes, & Reformati quatenus membra eiusdem corporis, & Partes eiusdem Prouinciae, familiaeque Cismontanae habebant easdem Constitutiones, statuta Generalia, & praecepta Regulae, quò ad electionem Ministri, & Custodis Prouincialis pro tota Prouincia eligendi. Sed praeter hoc ius commune in praedicta membra conueniebant ex indulto Apostolico, praecipuè Gregorij XIII. in Constitut. quae incipit, *Cum illius vicem &c.* Confirmata à Clemente VIII. in Constit. quae incipit. *Pro iniuncti nobis, &c.* Et Vrbano VIII. in Constit. quae incipit. *Romanus Pontifex*. Patres Reformati habebant ius municipale; ita proprium, quò ad electionem suorum officialium; quod Patres Obseruantes nullo modo poterant se intromittere; sed ipsi Reformati ex se, & per se suos constituebant officiales pro exactiori conseruatione, ac puritate eiusdem Reformationis.

Secund. Not. cum dispensatio sit relaxatio iuris communis, receptum est apud omnes Doctores, quòd quando aliquod ius nouum corrigit, relaxat, vel abrogat ius antiquum fieri debet expressa mentio derogationis, & dispensationis, alioquin nihil intelligitur mutatum, vbi nihil contrarium verbis expressum.

Tertium Not. Respectu correctionis, aut abrogationis iurium, non tantum animaduertenda sunt verba, quae sunt veluti corpus, & superficies, sed mens legislatoris, quae est anima legis; *l. 17. ff. de legib. l. scire §. aliud. ff. de excusat. cap. humanae aures. 25. quaest. 5. cap. fin. de reg. iuris in 6. & ibi Barbosa, & alijs iuribus, Pasqualigus quaest. 181. nu. 7.* Quare si praefati Decreti verba de se clara, nec non mens legislatoris expressa inspiciantur, quilibet profectò comprehendere poterit, quòd per neutrum illorum corrigitur ius antiquum, neque vllam subesse rationem dispensationis, propter quam Obseruantibus tribuatur aliqua facultas faciendi Custodem Prouincialem pro Parte Reformatorum tantùm; quinimò & ratio, & indulta Apostolica pro conseruatione puritatis Reformationis emanata, nec non Regula, & statuta Ordinis electionem Custodis Vocalis pro tota Prouincia praecipientia, contrarium suadent. Et quamuis quilibet Reformatorum, vt membrum & Pars Prouinciae posset in capitulo Prouinciali de iure eligi, vel Minister, vel Custos totius Prouinciae, quia tamen nemo illorum de facto vnquam fortassis electus fuisset; ideò quò ad hoc Decretum coarcta-

nit Obseruantes ad seruandam præfatam formam alternatiuam pro satisfactione Reformatorum, vt vnaquæque Pars vnum votum haberet in capitulis Generalibus. Hæc est ratio præcipua coarctationis, Mens expressa legislatoris, nil aliud sonant verba, & in nulla alia re ius antiquum, scilicet Regula, Constitutiones, & statuta Ordinis dispensata fuerant. Quamobrem ex dictis infertur nostra conclusio.

Prædictum Decretum nullo modo annullauit, nec dispensauit Regulæ præceptũ, Constitutiones Apostolicas, ac Ordinis statuta præcipientia in capitulis Prouincialibus creationem Ministri, & Custodis Prouincialis pro tota Prouincia nõ pro Parte tantũ. Probatur rationibus.

Prima ratio, Ius, lex, siue Decretum nouissimum non tollit legem priorem, nisi expresse mentionem faciat de illa aliquo modo, eam derogando. *Bart. in l. Minoris init. ff. qui pet. tutel. & l. ab eis C. de præd. Minor. & l. si constante quest. 9 ff. soluto Matrim. vbi communiter Doctores, & l. titia §. cum titio. ff. de adimen. leg. l. præcipimus 32. C. de appellat. cap 1. in fin. de constitut. in 6. cap. vnico §. fin. de excessib. Prelat. in 6. cap. 2. de translat. Ancharan consil. 268. nu. 7. vers. respondetur aliter; Alexan. consil. 123. in prin. n. 2 lib. 4. vers. quod probo. Bald. consil. 107. vers. considerandum est lib. 5. Tuschus litt. C. concl. 1008 & litt. concl. 260. & litt. P. concl. 451. nu. 24. Nauar consil. 95. nu. 2. in fin. lib. 5. de simon & consil. 28. n. 1. de Priuileg. Maranta P. 1. rep. 2. n. 21. & P. 3. rep. 75. n. 18. & 78. n. 22.*

Sed in nostro Decreto, nec vnum verbum reperitur, quod expresse mentionem faciat legis prioris, ipsam annullando, vel dispensando, vt legenti ipsum liquidè constat; Ergo leges priores scilicet Constitutiones Pontificiæ decernentes, quod Obseruantes non se intromittant in creandis officialibus pro Reformatis tantum, non sunt dispensatæ per Decretum, & multo minus abrogatæ. Et similiter Regula, Constitut. & statuta Ordinis præcipientia electionem Custodis Vocalis non pro Parte Minima, cuiusmodi tunc erant Reformati, sed pro tota Prouincia, non sunt per idem Decretum annullata, nec vllo modo ablata, vel dispensata. Et per consequens Pater .N. Custos, quamuis ex Reformatis, & pro satisfactione Reformatorum vi Decreti assumptus, & in capitulo Prouinciali ab Obseruantibus conuocato, communibus votis Obseruantium, & Reformatorum, Vocalis pro commitijs Generalibus electus, fuit verè Custos non Reformatorum præcisè, sed etiam Patrum de Obseruantia, & totius Prouinciæ.

Confir-

Confirmatur ratio. Decretum datum fuit omnibus illis, qui communibus votis tenebantur ex præcepto Regulæ, Constitutionum, & Ordinis statutorum eligere Ministrum, & Custodem non pro Parte, sed pro tota Prouincia. Sed isti fuit Patres de Obseruantia infimul cum Reformatis eorum Partibus, ac Membris. Ergo Minister, & Custos à Patribus Obseruantibus, & Reformatis communibus votis electus, vel eligendus erat, ex vi Decreti, nec non Regulæ, Constitutionum, & Ordinis statutorum, Vocalis non Partis tantum Reformatorum sed etiam Obseruantium, & totius Prouinciæ. Quibus se se habentibus, ex qua rimula Decreti, ipso Decreto tacente, & nil aliud dicente nisi de ista forma alternatiua, &c. Factum est ostium à contradictore adeò patens, vt contra indulta Apostolica Obseruantibus tribuat vocem actiuam, dispenset Regulam, Constitutiones, statuta Ordinis, & legem priorem de Custode Vocali pro tota Prouincia ad comitia Generalia mittendo tollat? Hæc certè per somnia, aut phantasticam illusionem tantummodo visa sunt, sed properamus ad alia.

Dices. Legem communem aliam legem communem abrogare, quamuis de ipsa mentionem non faciat expressam *ex cap. 1. de constit. in 6.* Ergo non est necesse, quòd Decretum mentionem faciat de iure antiquo communi; idest de Regula, Constitutionibus, & Ordinis statutis ad hoc, quod per ipsum abrogatur, &c.

Respondetur. Concedimus. Legem posteriorem communem priorem legem communem abrogare, licet expresè nulla eius mentio fiat, *ex dicto cap. 1. de constit. in 6.* Non absolutè, sed quatenus ista contrariatur istæ. Sed ad constituendam istam contrarietatem prioris legis absque eius nominatione; necesse est verbis expressis, & manifestis inducentibus contrarietatem, & derogationem legis prioris; ratio est: Quia sicut lex non fertur, & non obligat, nisi expressis verbis loquatur, sic etiam non abrogatur lex prior, nisi expressis verbis legis posterioris contrarietatem inducentibus. *Ita Gloss. dicti capituli, & Doctores explicantes dictum capitulum. 1. de constit. in 6.* Et hoc etiam probatur, ac expresè dicitur ex eodemmet cap. 1. de constit. in fin. sic dicit Pontifex. *Per constitutionem à se nouiter editam, nisi expresse caueatur in ipsa, non intelligitur in aliquo derogare.* Quid clarius. *Maranta P. 1. resp. 2. nu. 31. cum ibi allegatis.*

Exemplo idem comprobamus. Venetijs ex lege omnibus concessum est vt de nocte arma ferre possint. Postea Venetijs lata est posterior lex

præci-

præcipiens, vt nemo tempore nocturno arma ferre possit; absque dubio posterior lex priorem abrogat, quamuis de ipsa mentionem nõ faciat, cum ex verbis expressis in posteriori lege positis absque alia mentione contrarietas legi priori inducatur. Quare sic intelligendo illud assumptum ex cap. 1. de constit. non sequitur consequentia illata. Quia ex quo nostrum Decretum tantum exprimit formam alternatiuam seruandam, &c. & nihil aliud; & hæc verba nullo modo contrariantur iuri antiquo, scilicet Regulæ, constitutionibus, & statutis, sequitur ipsum manere immutatum, & penitus in suo robore intactum.

Secunda ratio, quæ Decretum, siue lex, vel Constitutio non dicent, sub dispositione iuris communis remanent; *Ad text. in l. commodissime. ff. de libert. & posthum. cap. cum venerabilis §. quia igitur de Reg. Domib. Maranta P. 2. resp. 45. nu. 5. Rota recentior. P. 1. T. 1. Dec. 171. nu. 2.*

Sed Decretum nihil dicit de his, quæ asserit noster Contradictor. Ergo omnia remanent sub dispositione iuris communis. At ius commune præcedens Decretum prohibet Obseruantibus omnem actionem in creatione officialium pro Reformatis tantum. Et præcipit, quod Obseruantes simul cum Reformatis eorum Membris integrantibus corpus Prouinciæ communibus votis eligant Custodem Vocalem pro tota Prouincia, & non pro minima Parte ipsius ad comitia Generalia mittendum. Ergo tale ius non fuit per Decretum mutatum, dispensatum, vel annullatum; & per consequens Pater supradictus N. fuit verè electus Custos Obseruantium, & totius Prouinciæ, & non tantum Reformatorum.

Probatur Minor principalis, quia Decretum tantum præscribit formam alternatiuam seruandam in capitulo Prouinciali ab Obseruantibus conuocando, & celebrando circa electionem Ministri, & Custodis Vocalis, Ergo reliqua sub dispositione iuris communis reliquit.

Quarta ratio, De quo lex, vel Decretum non loquitur, ad illud eius dispositio non extenditur; *Ad text. in l. 4. §. toties ff. de damno infecto. cap. indemnitatibus, de electione in 6. Nauar. consil. 22 in fin. lib. 1. de Maior. & Obed. Tuschus, litt. V. concl. 89. n. 1. Maranta P. 3. resp. 65. n. 18.*

Sed nostrum Decretum non loquitur, quòd Patres de Obseruantia vi eiusdem Decreti habeant vocem actiuam in creatione officialium pro Reformatis tantum. Neque loquitur, quòd iste Pater ex Reformatis intuitu Decreti electus communibus votis, sit Custos Vocalis tantum pro Reformatis. Ergo malè noster Contradictor ad hæc, de

quibus

quibus non loquitur Decretum, eius dispositionem extendit.

Dicet forsitan noster Contradictor, & si Decretum illud, quod asserat non dicat; est tamen præsumendum sic dicere.

Contra. Quod lex, seu Decretum non dicit non est ab homine præsumendum. *Ad text.in l.se ita stipulatus. 126.§. Grisogonus de verb.oblig. Gloss.in cap. Constitutionem 3. in ver. prorogamus. vbi Francus nu. 6. de Regular.& in l. diffidentis 5. C. de repud. cap. consuluisti. §. & quod Sanctorum 2. quest. 5. cap. 2. ne sede vacan. Nauar. consil. 6. n. 11. lib. 3. de donat. Tuschus litt. D. concl. 517. n. 30. cum seq. Sanchez de Matr. lib. 6. disp. 36. sub num. 2. Barbosa axioma. 136. nu. 7. Maranta P. 1. resp. 20. num. 73. & P. 2. resp. 42. nu. 15.*

Item quod lex non dicit, nec nos dicere debemus. *Text. in l. si seruum. 70. §. pretor ait. ibi, non dixit prætor. ff. de acquir. hæred. l. item apud Labeonem 15. §. ait prætor. vers. hoc edictum. ff. de iniur. Maranta P. 2. resp. 42. n. 13. & resp. 41. n. 11. Pasqnaligus quest. 178. n. 8.*

Sed lex, seu Decretum non dicit asserta à Contradictore, sed tantum dicit in capitulis Prouincialibus seruandam fore in electione Ministri, & Custodis formam alternatiuam toties replicatam, ergo aliud vltra ipsam, nec nos dicere, nec presumere debemus. Quare cum Pater N. iusta dictam alternatiuam formam fuerit communibus votis Obseruantium, & Reformatorum ex vi Regulæ, Constitutionum, Ordinisque statutorum electus Custos Vocalis pro commitijs Generalibus; sequitur, quòd ad satisfaciendum præcepto Regulæ, Constitutionum, & Ordinis statutorum, verè fuerit Custos Vocalis non Reformatorum tantum, sed etiam Obseruantium, & totius Prouinciæ.

Quinta ratio. Posterior lex diuersa à præcedente, numquam corrigit precedentem, quando non habet clausulam derogatoriam, &c. *Tuschus litt. L. concl. 260. num. 1. & in lett. D. concl. 1008. & litt. P. concl. 451. num. 20. cum ibi allegatis.*

Sed lex, seu nostrum Decretum nullam habet claussulam derogatoriam iuris communis, hoc excepto, quòd præcipit in electionibus Ministri, & Custodis, quæ fieri deberent in capitulis Prouincialibus ab Obseruantibus pro ipsis faciendis, formam alternatiuam seruandam, &c. Ergo per ipsum nulla Obseruantibus tribuitur facultas in Electionibus officialium Reformatorum pro ipsis tantum factorum. Neque Custos electus communibus votis Obseruantium, & Reformatorum ex vi Decreti, erat Minus Custos Vocalis totius Prouinciæ, quam ante

emana-

emanationem prædicti Decreti. Quare si ante Decretum Pater .N: fuisset ex præcepto Regulæ, Constitutionum, & statutorum Ordinis Custos non Reformatorum præcisè, sed totius Prouinciæ, idem prorsus, & post Decretum dicendum erit absque vllo dubio.

Confirmatur. lex, seu Decretum id noluit, cum facilè id exprimere potuisset, nec expressit *l. vnica §. sin autem ad deficientis. C. de caduc. tollen. & l. si seruus §. prætor ait vers. non dixit. ff. de acquiren. hæred. cap. ad audientiam de Decim. & cap. 2. de transac. Prel. Menoch. consil. 1. n. 178. & consil. 140. n. 4. Surd. Dec. 88. n. 4. & 322. n. 22. & consil. 245. nu. 45. Tuschus litt. V. concl. 89. n. 5. Barbosa axioma. 136. n. 5. Idem in V. t. Dec. lib. 2. Vot. 17. n. 116. Pasqualigus quest. 12. n. 6.*

Sed nostrum Decretum nihil aliud expressit preter formam alternatiuā, & tamen facilè, si voluisset, id, quod à Contradictore asseritur exprimere potuisset, nec expressit; Ergo noluit aliquid aliud innouare, sed reliquit ius antiquum in suo robore; Nimirum, quod Reformati in capitulis Prouincialibus Obseruantium ab ipsis electi, vel Ministri, vel Custodes vocales, forent Ministri, vel Custodes non Reformatorum tantùm; sed totius Prouinciæ; prout ex Regula, Constitutionibus Apostolicis, Ordinisque statutis tenebantur Obseruantes eligere ante Decretum pro ipsis præcisè.

Sexta ratio. Expressa in lege, seu Decreto tantùm nocent, non expressa minimè. *l. numquam. 51. in fin. ff. de cond. & demost. Sanchez de Matr. lib. 6. disp. 36. n. 2. in fin.*

Sed in nostro Decreto, nihil aliud inuenitur expressum preter formam alternatiuam seruandam, &c. Ergo cætera additamenta nostri Contradictoris, veluti non expressa minimè nocent, ac si essent commentitia, fabulosa, absque ratione, & contra leges conficta. quod clariùs adhuc probabitur, quamuis res ex sua natura sit clara.

Septima ratio. In noua dispositione alicuius legis, seu Decreti, casus omissus, intelligitur relictus iuris antiqui dispositioni. *l. si vero §. de viro. ff. soluto. Matr. l. commodissime. ff. de libert. & posth. cap. inter corporalia de translat. Episc. cap. Dilectus. de offit. Ord. cap. 15. qui de senten. Excommun. Tuschus litt. O. concl. 116. Socin. consil. 32. ex ijs n. 18. lib. 1. Petrus de Anch. consil. 37. nu. 7. Barbosa axioma. 39. vbi multa. Pasqualigus quæst. 182. nu. 7.*

Et insuper casus in lege, seu Decreto non expressus habetur pro omisso. *Leges, & Doctores supracitati.* Sed in nouo isto Decreto disponi-

tur tantum de forma alternatiua seruanda in electione Ministri,& Custodis Vocalis, &c. & nihil aliud exprimitur, seu in eo disponitur. Ergo reliqua omissa, & non expressa dispositioni iuris antiqui relinquuntur. At secundum ius antiquum Obseruantes non habebant vocem actiuam in creatione Custodis Vocalis creati pro Reformatis tantum; Et Reformati electi Ministri, vel Custodes Vocales ab Obseruantibus in eius capitulo Prouinciali ex vi, & præcepto Regulæ, Constitutionum, & statutorum Ordinis, erant Ministri, & Custodes totius Prouinciæ. Ergo Pater .N. quamuis ex Reformatis assumptus, & electus in Custodem ad obediendum Decreto; tamen ex dispositione iuris antiqui, nullo modo mutati per Decretum, nimirum ex Regula, Constitutionibus Apostolicis, & statutis Ordinis, fuit Custos Vocalis Patrum de Obseruantia, & totius Prouinciæ, & non tantum Reformatorum. Res luce clarior.

Octaua Ratio. Casus exceptus firmat regulam in contrarium. *.L. nam quod liquidè §. fin. in primo resp. .ff. de penu legata .l. quæsitum §. idem respondit vbi Gloss. Ver. non potest .ff. de fundo Instr. cap. 2. de coniug. lepros. Menoch. de arb. lib. 1. que. 30. n. 4 & consil. 4. n. 23. & 148. n. 31. & seq. Surd. consil. 303. n. 11. cum seq. Gratian. discep. for. cap. 522. n. 33. Maranta P. 1. resp. 12. n. 65. & 38. n. 14. & 15. & P. 2. resp. 36 n. 12. Pasqualigus quæst. 135. n. 5. Barbosa axioma 39. n. 10. vbi multa, & axioma 85. n. 4. vbi Multa. Maranta P. 1. resp. 10. n. 25.*

Et inclusio vnius est exclusio alterius. *.L. cum prætor .ff. de iudic. & .l. cũ maritus .ff. de Procurat. & .l. quamuis .C. de pignoribus, & cap. nonne de præsumpt. & ibi Barbosa n. 4. Menoch. de Arb. casu. 37. n. 22. & consil. 106. n. 314. cum seq. & consil 141. à n. 9. Pasqualigus quæst. 182. n. 8. & 112. n. 3. Barbosa axioma 120. vbi multa.*

Sed quò ad electionem Ministri, & Custodis Vocalis in capitulo Prouinciali Obseruantium communibus votis eorundem Obseruantium, & Reformatorum faciendum; Decretum excipit casum solum modo de forma alternatiua seruanda, eamquè tantum includit, ac præcipit. Ergo excludit omnia alia non inclusa in tali forma. Et firmat alios casus in Decreto, & in prędicta forma non inclusos. Cum itaque in prędicta forma non includatur, quod Obseruantes habeant vocem actiuam in electione Officialium creandorum pro Reformatis tantum. Neque includatur, quod Custos cõmunibus votis pro commitijs Generalibus electus sit pręcisè Custos Reformatorum. Sequitur exclusio

sio aliorũ casuum, & confirmatio Regulę in contrarium, scilicet, quòd Patres Obseruantes non habeant vocem actiuã ad creandos Officiales proprios pro Reformatis, & quòd Pater .N. fuit ex vi Regulę, &c. Custos Vocalis non Reformatorum precisè, sed totius Prouincię.

Respondebit forsitan noster Contradictor. Licet predicta ab ipso asserta non inueniantur expressa in Decreto, tacitè tamen includuntur, & ex eo inferuntur.

Contra. Nulla tenus connexa se includunt. Et à diuersis non fit illatio. *L. Papinianus ff. de Minorib. cap. ad audientiam de decim. l. naturalem §. nihilominus ff. de aquiren. possess. Gratianus discep. foren. cap.* 58. *n.* 6. *cum seq. Pasqualigus quest.* 147. *n.* 1. *Barbosa a ioma.* 114. *vbi multa.*

Sed pręceptum de forma alternatiua seruanda; &c. factum à Decreto, & Constitutiones Pontificiæ prohibentes Obseruantibus omnem actionem ad creandos Officiales proprios Reformatis, nulla tenus sunt connexa. Ergo tacitè non se includunt. Et cum sint diuersa, illatio fieri non debet, nec de iure potest; quod Custos Vocalis electus vi istius formę sit Custos Vocalis tantum Reformatorum; vt patet intelligenti.

Confirmatur. Quia vbi aliquid expresè requiritur statuendum, non sufficit tacitum, vel præsumptum. *cap.* 2. *de præbend. cap. fin. de Procurat. in* 6. *Tusch. litt. E. concl.* 154. *per totam. Barbosa axioma.* 89. *nu.* 1. *vbi alia. Pasqualigus quest.* 135. *num.* 6.

Sed ad abrogandum ius antiquum, & ad statuendum aliquid de nouo contra prohibitionem antiquam, requiruntur verba expressa, prout clarum est ex iure, & supra latè probatum. Ergo, cum ex iure antiquo, Reformati, tamquam Partes Obseruantium, & Membra corporis Prouinciæ eligi possent officiales pro Patribus de Obseruantia, & pro tota Prouincia. Ipsi verò Obseruantes nec eligere, nec eligi possent Officiales pro Reformatis tantum. Sequitur euidenter, quod ex Decreto exprimente tãtum formam alternatiuam in electionibus Ministri, & Custodis Vocalis ab Obseruantibus seruandam in eorum capitulis Prouincialibus, nihil pro Contradictore colligitur, imò oppositum illius, quod intenditur ab ipso, concluditur, & statuitur.

Nona ratio. Etiam in dubio non creditur, vel præsumitur, legem nouam corrigere velle legem veterem, cum legum correctio, quantum fieri potest, potius vitanda, quàm inducenda sit. *Cap. cum expediat. vbi Ioann. Menoch. Prob. & Barbosa de elect. in* 6. *l. minime* 22. *ff. de leg.*

*Grat. discep. for. cap. 57. n. 54. Tusch. litt. C. concl. 1036. Maranta P. 1. resp. 2. n. 31. & 33. Barbosa axioma 60 vbi multa iura, & DD. Pasqualigus quest 145. n. 8. Rota apud Seraph. Dec. 942. n. 8.*

Ergo multo minus in re clara, & euidenti id credendum est, vel præsumendum erit. Sed clarum, & euidens est ex Decreti contextu; ipsum non corrigere legem veterem, scilicet, Regulam, Constitutiones Apostolicas, & Ordinis Statuta Generalia; nisi solum præscribendo formam alternatiuam; &c. Ergo quidquid præter expressa in eo asserit Contradictor, sunt figmenta ab ipso excogitata, absque fundamento, contra verba legis clarissima, de quibus vlterius non est dubitandum, neque cauillationibus sensum alienum extorquendum; vt docent. *Decin. consil. 2 n. 75. & seq lib. 1. Tusch. litt. L. concl. 262. n 8.* Ratio est, quia vbi est casus legis claræ; dicitur ibi casus decisus, & rotundus, qui vlterius non disputatur. *Roman. consil. 75 in causa nob. Viri Tusch. litt. L concl 266. n. 9.* Sed clarum est ex casu legis, seu Decreti, & à peritis indubitatum tenetur, ipsum Decretum tantum præcipere Obseruantibus formam alternatiuam, quò ad electionem Ministri, & Custodis Vocalis in eorum capitulis Prouincialibus seruandam, in quibus fiebant Officiales pro ipsis; & cum nihil aliud præcipiat, vel exprimat; reliqua secundum ius antiquum immutata relinquit. Ergo cum ex iure antiquo Reformati essent eligibiles in capitulis Prouincialibus Obseruantium Ministri, & Custodes, tamquam Membra corporis eiusdem Prouinciæ. Et insuper cum ex præcepto Regulæ Constitutionum, & Ordinis Statutorum; tenerentur Obseruantes in capitulo Prouinciali proximè præcedente capitulum Generale, eligere vnum Custodem Vocalé pro tota Prouincia, non pro Parte minima ad idem capitulum Generale mittendum. Cum neque tandem haberent facultatem eligendi aliquem Officialem pro Reformatis tantum, necessariò concluditur, Patrem .N. quamuis ex Reformatis assumptum, & pro eorum satisfactione electum vi Decreti, Vi tamen Regulæ, Constitutionum Apostolicarum, & Ordinis statutorum, verè fuisse Custodem Prouincialem non Partis infimę, cuiusmodi tunc erat Reformati, sed Obseruantium principaliter, & totius Prouinciæ. Hæc adeò perspicua sunt, vt ea tentans amplius iuribus, vel rationibus comprobare se habeat, ac si nitentis solis radium exiguo candelæ lumine illustrare niteretur; & negans in meridie palpare videatur.

Et si hanc claritatem obtenebrare nitatur Contradictor dicens. Ante emana-

manationem Decreti in nullo capitulo Prouinciali Obseruãtium fuit vnquam aliquis Reformatus electus Custos Prouinciæ, sed tantum post publicationem Decreti vi ipsius Pater iste pro satisfactione Reformatorum fuit electus, itaut si non extitisset Decretum, numquam fuisset electus. Ergo ex vi Decreti electus fuit pro Reformatis tãtũ, &c. Respondetur. Tantum abest huiusmodi nubiculum posse offuscare nostri solis claritatem, vt potius ad eius conspectum penitus euanescat. Quam enim connexionem habet consequens cum antecedente? Gratis ita, & absque ratione infertur consequentia. Ideò meritò negatur, & ad antecedens dicimus sufficere nobis; Patrem .N. tamquã Membrum Obseruantium, & Partem totius Prouinciæ, atque in illo capitulo Prouinciali, Custodem Vocalem fuisse ex Regula, Constitutionibus, & Ordinis Statutis, secluso Decreto, eligibilem in tali officio Custodiatus. Quod autem de facto ante Decretum nunquam potentia reducta fuerit ad actum, seu non fuerit electus aliquis Reformatus, hoc non inducit consuetudinem abrogatoriam legis, quia cõsuetudo non inducitur actibus merè negatiuis, sed positiuis, vel priuatiuis à Maiore Parte communitatis, vt communiter Doctores hoc asserunt. Tum quia non vsum legis, non solum non reddit nullum vsum illius, sed neque tollit ius ad vsum legis, & proinde adhuc stat in arbitrio operantis illa vti, vt cum communi legistarum sententia, *Notat. Ioann. And. in cap. Ioann. n. 14. de clericis coniug. Butr. ibidem n. 11. Pasqualigus quest. 45. n. 6.* Nec multò minus sequitur præscriptio, quia eligi, vel non eligi est facultas, quam Reformati ex Regula, Constitutionibus, & statuis Ordinis, habebant; Et in merè facultatiuis non datur restrictio meræ facultatis, nisi accedat positiua prohibitio, & patientia, de quibus hic inferius redibit sermo; Et tandem vnde infertur Patrem .N. si non emanasset Decretum, nunquam fore eligẽdum in Custodem, cum de futuris contingentibus ad vtram libet non sit determinata veritas;

Tertia Quæstio. An statuta Generalia Calatayeronensis lata Patribus de Obseruantia, & Familiæ, siue Cismontanis Familijs, tunc temporis comprehenderẽt etiam Reformatos, quamuis non nominatos expressè, itaut eis ex præcepto Regulæ obedire tenerentur, vt ipsimet Patres de Obseruantia?

Ad hanc pariter Quæstionem prouocat nos noster Contradictor. Si quidem probando. Patrem .N. ex vi Custodiatus Prouincialis non posse

inter

inter Obseruantes gaudere Paternitate, & præcedentia inter Patres ei data à iure, & consuetudine, alijsque Priuilegijs præscriptis, hoc dilemmate arguit contra ipsum. Vel Pater .N. prætendit gaudere Paternitate, & præcedentia cum annexis, &c. virtute statutorum Reformatorum, vel virtute Statutorum Generalium Obseruantiæ, vel Cismontanæ Familiæ. Non primum, quia statuta Reformatorum oppositum præcipiunt; nec secundum, quia hæc sunt statuta Municipalia propria tantum Obseruantibus, ac nullo modo communia Reformatis. Hac itaque ratione putat se in biuio de Patre .N. triumphasse. sed nos aliquibus de more prænotatis fundamentis, statuendo vnciam conclusionem oppositam, facilè probabimus alteram partem dilemmatis esse totaliter falsam.

Primum Not. Familia Patrum de Obseruantia fuit Mater Reformatorum. ex ipsa etenim sub temporibus Clementis VII. vt videri potest ex eius Constitutione, qui incipit. *In suprema militantis Ecclesiæ specula, &c.* Prodierunt Quidam pij Religiosi Seraphicæ puritatis Regulæ amatores, qui idem Summus Pontifex Generalibus, & Prouincialibus Ministris sic præcipiens, à Ministro Prouinciali Obseruantium obtinuerunt quosdam Conuentus, in quibus sub ipsius obedientia, ac regimine absque alia discretione à Patribus eiusdem Prouinciæ morabātur. Ipsis autem excrescentibus Summus Pontifex Gregorius XIII. in sua constitutione, quæ incipit, *Cum illius vicem, &c.* Confirmata à Clemente VIII. in sua constitutione, quæ incipit, *Pro iniuncti nobis, &c.* Vt in qua puritate Regulæ viuebant diutius, ac tutius conseruarentur, tribuit illis facultatem, vt proprios superiores sibimet ab obseruantibus independenter eligerent, sub eadem tamen familia, & Prouincia Obseruantium relinquendo eos in cæteris sub obedientia Ministri, idest eum cognoscendo pro Ministro, & aliorum superiorum Generalium, nec non sub eisdem legibus, & statutis Generalibus, exceptis his, quæ vel strictiori Obseruantiæ, vel aliquibus statutis municipalibus ex indulto Apostolico, aduersabantur.

Secund. Not. Vniuersa Religio Fratrum Minorum de Obseruantia ex Bulla Leonis X. dicta vnionis, confirmata à Clemente VII. in sua constitutione supracitata, quam item confirmauit Clemens VIII. & Vrbanus VIII. in constitutionibus supra citatis, in duas diuiditur familias, scilicet Vltramontanam, & Cismontanam, & vtraque istarum familiarum in plures Prouincias subdiciditur, & (quæ facit ad rem no-

strām

ſtram de familia Ciſmontana) in qualibet Prouincia familię Ciſmontanæ plures reperiebantur fratres Obſeruantes, & Reformati, qui vſque ad annum Domini 1639. fuerunt ſemper Membra Obſeruantiũ, & Partes eiuſdem familiæ, & Prouinciæ, quia Obſeruantes, & Reformati in Prouincia duæ familiæ non erant, vt Contradictor aliàs malè dixit, ſed faciebant inſimul vnam vnitiſſimam familiam, ita vt cum Obſeruantibus vnam Prouinciam integrarent, & cum eijſdem capitulis Prouincialibus concurrerent actiuè, & paſſiuè communibus votis ad eligendum Miniſtrum Prouincialem, Cuſtodem vocalem, & Diffinitores pro Obſeruantibus præcisè, & tota Prouincia. Tandem in capitulo Generali de anno 1639. celebrato, cum iam Reformati plurimum excreuiſſent, Vrbanus VIII. in ſua Conſtitutione, quæ incipit; *Iniuncti nobis &c.* Eos diſcreuit, & totaliter ſeparauit ab Obſeruantibus, & eorum Cuſtodiæ in Prouincias erexit, eis etiam concedendo auctoritatem, vt ipſimet ſua ſtatuta facere poſſint independenter à Miniſtro, & capitulo Generali.

Tertium Not. Ab eo tempore, quo ex Obſeruantibus prodierunt Reformati, vſque ad illud, in quo ab eiſdem diſcreti, & ſeparati ſunt, cum continerentur tamen, ſicut, & modò, ſub eodem capite, & ſubderentur tamen, ſicut, & modò toti capitulo Generali ex voto, & præcepto Regulæ. Sequitur, quod exceptis quibuſdam ſtatutis Proprijs, & municipalibus, pro tuendo rigore Reformationis, neceſſarijs, adque facienda à Gregorio ſupradicto auctoritatem habebant, tenerentur eiſdem legibus, & ſtatutis Generalibus, quibus, & Obſeruantes. Tum quia Partes, & membra ſubduntur capiti, quod eſt Generalis Miniſter, & gubernantur ab eodem capite ex Regula. Tum quia ſtatuta Generalia fuerunt data familijs Ciſmontanis, quæ erant Italiæ Prouinciæ, in quibus continebantur iſta duo Membra, ſiue Partes, ſcilicet Obſeruantes, & Reformati, qui inſimul vnam vnitam Prouinciam faciebant. Ideò ſtatuta Generalia data Prouincijs de Obſeruantia, dabantur etiam Reformatis, quamuis nõ ſpecificè nominatis, quia continebantur in iſtis Prouincijs ſicut ipſimet Obſeruantes. Tum quia quatenus lex ligat, & obligat dicit relationem ad ſubditum obligatũ, cum ſubditi obſtricti ſint legibus ſuperioris, pro quibus latæ ſunt &c. ex communi placito omnium Doctorum. *D. Thomas 1.2. quæſt.96. art. 5. Sotus de iuſt. quæſt.6. art.7. Azor. T.1. lib.5. cap.11. Clauis Regia lib. 3. cap.4. Filiucius. T.2. tract.21. nu.426. & omnes.* Reformati autem

erant

erant subiecti, ac subditi ex voto, capitulo, & Ministro Generali. Ergo erant ligati, &c. Leges autem Generales Obseruantium plures in diuersis capitulis Generalibus pro conditione temporum latæ sunt. Vsitatiores tamen in vnum volumen congestæ nuncupantur. Statuta, Constitutiones, & Decreta familiæ Cismontanæ ex Decreto capituli Generalis Vallisoletani restituta, & Reuerend. Pat. Bonauenturæ Calatayeronensis Ministri Generalis edita. In his autem statutis ponitur Decretum de Paternitate, qua Gaudent illi, qui Custodes Vocales fuerunt Patrum de Obseruantia, & Prouinciæ. vbi sic habetur. *Qui Custodes in Prouincialibus capitulis canonicè, ac ritè per vocales electi, veluti dum actu sunt, sic perfuncti huiusmodi officio, etiam inter Prouinciarum Patres in sua quisque Prouincia numerentur, ac re vera sint.*

Quartũ Not. Prefata statuta Generalia nõ nominãt expressè Reformatos, vt Reformatos, tamquã subiectos eis, ex quo Contradictor infert, sed malè, non subesse eisdẽ. Quia possimus dicere denominationẽ in rebus fieri non à quacumque parte rei, sed vel à toto, vel à potiori parte, vt tradunt logici, necnon Iuristæ. Quo tempore edita sunt illa statuta Generalia, Reformati erant paucissimi numero, & infima Pars cuiuslibet Prouinciẹ, ac erant etiam ipsi Obseruantes vt ipsimet Obseruantes. Quare non fuit necesse, eos denominari in indiuiduo in titulo dictorum statutorum, sed neque in corpore eorundem, cum denominatio, & affectio totius, vel partis potioris afficiat sufficienter partem inferiorem sibi vnitam. Adhuc si rem pressius examinemus dicendum erit, eosdem Reformatos ẹquè, ac Obseruantes fuisse nominatos. Quia sicut hæc differentia generica Pater Minor, constituit, & æquè denominat omnes professores Regulẹ Sancti Francisci, eam habentes, & profitentes, fratres Minores. Ita similiter hæc differentia specifica, Obseruantia, seu de Obseruantia, constituit eosdem patres Minores eam habentes, & profitentes, eosdemquè æquè denominat Obseruantes, & Patres de strictiori Obseruantia, seu Reformati nuncupati, ẹquè habent hanc differentiam specificam, ac Patres de familia. Ergo æquè Obseruantes sunt illi, sicut isti; & per consequens comprehenduntur totaliter sub eisdem statutis Generalibus editis pro familia Cismontana Patrum de Obseruantia, vt eius subditi, & subiecti ex voto. Nec obest, quod dicantur, vel nominentur Obseruantes Reformati, siue de strictiori Obseruantia, vel Reformati nuncupati, hæc enim sunt synonyma; vt ensis, mucro, gladius, quæ idem significant. Quia hæc determinatio

terminatio, strictior Obseruantia non variat rationem specificam Obseruantiæ, quinnimò accidentaliter rem perficit. Neque enim ly; strictior est ex illis determinationibus, quæ ampliant, distrahant, vel alienant, rem, cui adduntur; sed ex his quæ infra eandem speciem perficiunt. Sicut inter Homines quilibet cuiuscunque conditionis sit, quatenus participat eandem formam specificam æque dicitur Homo; ex conditione tamē accidentaliter, variari potest; vt vnus dicatur Homo perfectus, alius perfectior, & alius perfectissimus, tamen ex eadem forma specifica omnes sunt Homines. Idem de vino bono, meliori, & optimo, seu de vino muncupato Falerno, Cretensi, Neapolitano, &c. exemplificari potest participant tamen eandem speciem vini substantialiter, variata tantùm conditione accidentali, vel loci, vel alicuius qualitatis diuersę. Ita in casu nostro. Quilibet Religiosi profitentes Regulam Sancti Francisci sub obedientia Ministri, & capituli Generalis fratrum Minorum de Obseruantia, per quam denominantur patres de Obseruantia, siue de familia, & quamuis aliquis ex his ex dispensatione Apostolica, tales erant tunc tempore Reformati, in quibusdam Conuentibus particularibus independenter à Ministro, & Diffinitorio Prouincię, & statutis proprijs municipalibus, propter puriorem Obseruantiam conseruandam, suffulti, morarentur, ac proinde patres non absolutè de Obseruantia, sed cum determinatione; & addito isto nomine accidentali; de strictiori Obseruantia denominarentur. Quia tamen hæc determinatio, & additio non variabat formam, ac differentiam essentialem specificam communem, sed magis perficiebat, vltrò non distinguebantur essentialiter ab alijs Patribus de Obseruantia, siue de familia; quinnimò erant præcisè eorum Membra, & Partes; cum illis concurrebant in capitulis Prouincialibus conuocatis ab Obseruantibus, & pro ipsis factis, actiuè, & passiuè communibus votis ad electionem Ministri Prouincialis, & Custodis Vocalis, mittendi causa ad commitia Generalia pro tota Prouincia; & tamen Ministro, & capitulo Generali ex Regula subdebantur in Omnibus, pręter indulta specialia Apostolica, obediebant. Ergo comprehendebantur totaliter sub ijsdem legibus, & statutis Generalibus, quibus, & Obseruantes; &c. Hæc latius prosecuti sumus tum ad refellendam Contradictoris falsam opinionem, tùm ad clariùs, prælibatis fundamentis stabiliendam nostram conclusionem veram, & firmam in iure. Quæ talis est.

D Partes

Patres Obſeruantes Reformati, ſeu ſtrictioris Obſeruantiæ, antequàm de anno 1639. à Patribus Obſeruantibus, ſeu de familia diſcernerentur, comprehendebantur totaliter ſub ijſdem ſtatutis Generalibus Calateyeronenſis latis Patribus de Obſeruantia, ſiue familię Ciſmontanę, quamuis non nominati ſpecificè, eiſque Obedire tenebantur ex voto Regulæ in omnibus, exceptis ijs, quibus ex diſpenſatione Apoſtolica, ad puriorem Obſeruantiam tuendam, eximebantur.

Primò probatur. Patres Reformati ex voto ſolemni, & præcepto eminenti, vt ex Regula patet, Miniſtrum Generalem habere, & ei firmiter obedire tenebantur, cum ſemper illius ſubditi fuerint, ſicut, & modò ſunt. Ergo eadem ratione, & eodem præcepto legibus, & ſtatutis ab eo latis, quamuis in indiuiduo nominati non eſſent obedire tenebantur, & obſtricti erant. Conſequentia clara. Sed ſtatuta Generalia data Omnibus Patribus Obſeruantibus Ciſmontanę familię ſunt leges Generales ab eo latæ Omnibus cõtinentibus in familia Ciſmõtana, quæ erant Prouinciæ Italiæ. Ergo ſub iſtis comprehendebantur Patres Obſeruantes Reformati, quia erant Membra, & Partes Prouinciæ; quæ Prouinciæ in ſimul Italiæ conſtituebant Ciſmontanam familiam, eiſquè firmiter obedire tenebantur.

Secundò probatur. Partes, & Membra alicuius corporis, & totius vniformiter ſubduntur obedientiæ totius corporis, ac directioni capitis. Sed Patres Reformati ante diuiſionem de anno 1639. Supradictam, erant Partes, & Membra proportionaliter cuiuslibet Prouinciæ Patru de Obſeruantia, & totius familiæ Ciſmontanæ, ſubdebantur Obedientiæ totius corporis Religionis, ſeu capituli Generalis; ac directioni capitis, ideſt Miniſtri Generalis. Sed huiuſmodi directio, & obedientia vniformis in obſeruatione eorumdem ſtatutorum, & legum communium conſiſtit. Ergo Patres Obſeruantes Reformati comprehendebantur ſub eijſdem ſtatutis Generalibus latis Patribus de Obſeruãtia Ciſmontanæ familiæ; eiſdemque obedire tenebantur. Diſcurſus legitimus, & euidens, excepta maiori, quæ ſic probatur. Eandem proportionem, quò ad influxum, directionem, & obedientia habent Membra, & Partes corporis Politici ad totum, & caput, quam habent Membra, & Partes corporis naturalis ad ipſum totum corpus, & caput naturale, ſed Membra, & Partes totius corporis naturalis recipiũt eumdem influxum à capite, nec non eidem directioni, & obedientiæ eiuſdem capitis ſubijciuntur. Ergo etiam Membra, & Partes corpo-

ris

ris Politici,qui erant tunc tempore Reformati,æquè participant eumdem influxum capitis, & per eadem statuta, Generalia comprehenduntur, & diriguntur, & obedientiæ eiusdem capitis subijciuntur.

Et quia posset quis callumniam inferre, huic responsioni dicens. Quòd sicut quandoque Membra, & Partes totius corporis naturalis pro eorumdem varia conditione varium influxum, & directionem capitis exigunt. Idem de Membris, & Partibus varijs eiusdem corporis Politici, quò ad influxum, & directionem per leges dicendum erit. Licèt eiusmodi obiectio posset forsitan sustentari, applicando Membris, & Partibus varijs totius corporis Etherogenei, non tamen eam referendo, & applicando Membris, & Partibus eiusdem corporis homogenei. Modò probatum fuit in tertio notando. Quòd Patres Obseruantes de familia, & Patres Obseruantes Reformati, seu strictioris Obseruantiæ sunt membra, & Partes homogeneæ eiusdem corporis Politici habent tamen formam, & determinationem specificam, quatenus singuli sunt fratres de Obseruantia, addita tantum denominatione accidentali, scilicet de strictiori Obseruantia, quæ non variat essentialiter, sed perficit accidentaliter prędicta Membra. Quare non sequitur, &c.

Vrgebis adhuc. Quòd illa determinatio strictior addita Obseruantibus faciat, eos veluti membra Etherogenea diuersa ab Obseruantibus absolutè. Quamobrem varium influxum, variamquè directionem per leges admittent, & consequenter Patres Obseruantiæ strictioris, seu Reformati non comprehendentur sub ijsdem statutis Generalibus, quibus & Obseruantes.

Respondetur. Ex iam dictis negando. quòd illa determinatio strictior, addita Obseruantibus faciat eos Membra Etherogenea, idest diuersa ab Obseruantibus absolutè, non enim per eam differunt, quæ accidentalitas non obest, quin sint Partes homogeneæ eiusdem totius, membra eiusdem corporis, Prouinciæ Partes, subditi, & subiecti ex Voto eidem capitulo, & Ministro Generali, ac proinde sub ijsdem statutis, & legibus Generalibus, quibus Patres Obseruantes Cismontanæ familiæ, tenentur. Id euidentius sequenti ratione super auctoritate Summorum Pontificum fundata, demonstrabitur.

Tertiò probatur. Id, quod determinatur a Summis Pontificibus absque dubio tenendum, & obediendum est. *Barbosa de iure Ecclesiast. Vniu. lib. 1. cap. 2. n. 73. cum ibi allegatis.* Et specialius Patres Minores ex

Regula tenentur. Sed à Summis Pontificibus determinatur. Quòd Patres Obseruantes Reformati, seu destrictiori Obseruantia comprehendantur sub ijsdem statutis Generalibus, quibus Patres Obseruantes de familia; & quòd eisdem statutis obedire teneantur in omnibus, quæ strictiori Obseruantiæ non contrariantur. Ergo sic firmiter tenendum est. Probatur Minor ex constitutione Gregorij XIII. Quæ incipit. *Cum illius vicem, &c.* Confirmata à Clemente VIII. in sua constitutione, quæ incipit. *Pro iniuncti nobis, &c.* Et ab Vrbano VIII. in constitutione, quæ incipit. *Romanus Pontifex. &c.* Quare pro conclusione istius Quæstionis ad penitus auertendam opinionem nostri Contradictoris, hìc extenduntur verba formalia Constitutionis Gregorij XIII. à suis successoribus confirmata. quæ sunt hæc.

*Volumus autem, quòd si in capitulis Generalibus Constitutiones aliquæ, vel Decreta præsentibus litteris, & huic Obseruantiæ strictiori non contraria, sed, quæ Magis, & fauere videantur, ordinata fuerint, Reformati ea obseruare omnino teneantur, &c.* Ex quibus perspicuè patet. Reformatos, tunc vsquè ad annum 1639. etiam ex præcepto istius constitutionis, vinciri, obstringi, tenerique obedire constitutionibus, Decretis, & statutis Generalibus emanatis à Ministro, & capitulo Generali, vt eius subiectos & subditos ratione subiectionis ex voto, & eminenti Regulæ præcepto, dummòdo non essent contra illorum strictiorem obseruantiam.

Quarta Quæstio. An prædictus Pater .N. fuerit electus Custos Prouincialis totius Prouinciæ non solum ex præcepto Regulæ, Constitutionum Apostolicarum, & Decreti, sed etiam ex præcepto statuti Generalis præcipientis, Custodes Vocales eligendos in capitulis Prouincialibus, ipsa commitia Generalia immediatè præcedentibus?

Pro intelligentia tituli, ac resolutione quæstionis. Primò Not. Ex duplici capite intelligi potest præcipi in capitulis Prouincialibus Patrum de Obseruantia fieri Custodem Vocalem totius Prouinciæ. Primò ex præcepto Regulæ, Constitutionum Apostolicarum, & Decreti sępius iam dicti. Secundò ex statuti Generalis præcepto traditi Cismontanæ familiæ, de quo infra. De primo capite, ex quo oritur præceptum, nulla est controuersia, siquidem & in præcedentibus quæstionibus, & ex consensu Contradictoris statuitur adesse præceptum Regulæ, Constitutionum, & Decreti de tali Custode eligendo. At ex secundo capite oritur controuersia inter Patrem .N. & Contradictorem. Iste etenim

enim

enim dicit dictum Patrem .N. sic electum esse Custodem ex præcepto Decreti pro Parte Reformatorum, qui aliter nullatenus electus fuisset, & consequenter negat, ex præcepto statuti Generalis electum fuisse. Et hoc est punctum, de quo hic potissimum quæritur.

Secund. Not. In Religione Patrum Minorum de Obseruantia ex Decreto Sixti V. & Constitutionibus, officium Ministri Generalis non protrahitur vltra sexennium, & Ministri Prouincialis vltra triẽnium, quare sicut in termino cuiuslibet sexennij debet in Vigilia Pentecostes celebrari capitulum Generale, ita capitulum Prouinciale in termino cuiuslibet triennij. Insuper præceptum Regulæ, & constitutionum antiquarum de eligendo Custode Vocali totius Prouinciç obligat quamlibet Prouinciam ad huiusmodi electionem faciendam tãtum pro capitulo Generali proximè celebrando. Cum itaque infra vnum, & alterum capitulũ Generale regulariter intermedient duo capitula Prouincialia, Sequitur præceptum eligendi dictum Custodem ad commitia Generalia mittendum non obligare pro quolibet capitulo Prouinciali, sed tantùm pro capitulo immediatè præcedente commitia Generalia, teneri Patres de Obseruantia ex Regula, Constitutionibus, & statuto Generali insimul cum Reformatis, tamquam eorum Partibus, & Membris prædictum Custodem Prouincialem communibus votis vtriusque Partis pro commitijs Generalibus eligere. Ex quo constat, quare in titulo quæstionis dicitur, talem Custodem fore eligendum, non simpliciter in quolibet, sed tantum in capitulo Prouinciali immediatè præcedente commitia Generalia.

Tertium Not. Statutum Generale Vallisoletanum in præcedenti quæstione citatum in rubrica de his, qui ad capitulum Generale vocandi sunt, ad illud accedere debent, sic pagina 166. præcipit. *Secundò Prouinciales Ministri, & Custodum Custodes, ad quos ex Regulæ præscripto, Generalis Ministri, & ex dispensatione Apostolica & antiquis, & probatis Ordinis constitutionibus, Commissarij Generalis, secundum Bullam vnionis eligendi, ac Diffinitorum Generalium electio spectat, supradicti omnes accedere debent, &c.* Et inferius pagina 167. *Dicti autem Custodes in Prouincialibus capitulis, ipsum Generale capitulum immediatè præcedentibus semper eligantur.* Hoc statutum obligat respectiuè omnes Patres cuiuscumque Prouinciæ Cismontanæ familiæ. Pater autem .N. quo tempore fuit electus Custos erat Membrum totaliter Patrum de Obseruantia, & Pars Prouinciæ Cismontanæ, Vocalis capi-

tularis,

tularis,& tanquam talis conuocatus à Patribus de Obseruantia ad capitulum suum Prouinciale pro ipsis factum non pro solis Reformatis; habuit in eo votum actiuum, & passiuum, ac proinde non solum ex præcepto Regulæ, Constitutionum, & Decreti, sed etiam ex præcepto dicti statuti Generalis potuit eligi,& de facto communibus votis, tam Obseruantium, quam Reformatorum fuit electus Custos totius Prouinciæ, nomine ipsius ad satisfaciendum Regulæ, &c. ad commitia Generalia mittendus. Ex qua resolutione ponitur nostra conclusio.

Prædictus Pater .N. Electus fuit Custos Prouincialis non solum ex præcepto Regulæ, Constitutionum, & Decreti, sed etiam ex præcepto statuti Generalis præcipientis, Custodes Vocales eligendos in Prouincialibus capitulis ipsa commitia Generalia immediatè præcedentibus, & probatur Quinque rationibus.

Prima ratio. Patres Obseruantes tenebantur ex præcepto statuti Generalis conuocare capitulum Prouinciale insimul cum Reformatis tamquam eorum Membris, & Partibus ad electionem Ministri, & Custodis totius Prouinciæ pro Commitijs Generalibus. Ergo quotquot Patres Vocales concurrebant ad illam ellectionem, siue actiuè, siuè passiuè ex præcepto eiusdem statuti Generalis concurrebant. Consequentia clara. Quia Omnes Vocales Prouinciæ tam Obseruantes, quàm Reformati, & illi præcisè à statuto Generali præscripti erant de corpore capituli. Sed in tali concurrentia Vocalium adfuit Pater.N. illius capituli Vocalis, & fuit electus Custos Prouinciæ communibus Votis tam Obseruantium, quàm Reformatorum. Ergo electus fuit ex præcepto statuti Generalis.

Confirmatur. Quia dictus Pater habebat omnia pręscripta à statuto Generali ad suā electionem; erat Vocalis de corpore capituli, Membrum, & Pars Prouincię, subiectus capitulo, & statuto Generali, habens vocem actiuam, & passiuam; & nil aliud requiritur, vt patet. Ergo habebat omnia necessaria à iure pręscripta, & consequenter electio facta de ipso in Custodem à toto corpore capituli fuit ex pręcepto statuti Generalis.

Secunda Ratio. Conuocatio capituli Prouincialis & electiones in eo factę fiebant ab Obseruantibus non ex vi Decreti, sed ex pręcepro statuti Generalis, quia Decretum, nec conuocationem capituli, nec electiones in eo faciendas pręcipit, sed tantùm, quòd electiones Ministri, & Custodis fiant cum illa alternatiua forma toties dicta. Sed dicti Patres

conuo-

conuocabant suum capitulum ad satisfaciendum præcepto Regulæ, Constitutionum, & statuti Generalis. Ergo, et electiones in eo factæ erant ex præcepto Regulæ, Constitutionum, et Ordinis statutorum. Consequentia tenet ex illa clarissima regula Phylosoph. Propter vnúquodque tale, et illud magis, et per consequens electio Patris .N. à Patribus Vocalibus in illo capitulo Prouinciali facta in Custodem Prouincialem, non fuit prçcisè ex vi Decreti. Sed etiam imò principaliter, et totaliter ex præcepto statuti Generalis, pro satisfactione Regulæ præcepto; &c.

Tertia Ratio. Si ante Decretum Pater .N. à Patribus Vocalibus in capitulo Prouinciali Patrum de Obseruantia electus fuisset Custos, certè tunc, quamuis Reformatus fuisset Custos totius Prouinciæ ex præcepto, & vi statuti generalis. Ergo etiam post Decretum idem dicendum erit. Probatur consequentia. Quia Decreti ius nihil innouat circa Regulam, Constitutiones Apostolicas, & Ordinis statuta Generalia, sed tantùm præscribit illam formam alternatiuam seruandam in capitulis Prouincialibus pro electione Ministri, & Custodis Prouincialis, quod in quæstione secunda satis, & abundè probatum fuit, nullo modo alterat substantialiter ius antiquum, sed in suo robore relinquit. Ergo. Pater .N. & ex vi Decreti electus Custos Prouinciæ, non minus fuit Custos illius, quàm, si præciso Decreto, ante ipsum electus fuisset.

Quarta Ratio. Patres de Obseruantia eligi potuisse, ac de facto legitimè fuisse electos Ministros, & Custodes totius Prouinciæ in eorum capitulis Prouincialibus ex præcepto statuti generalis, supponitur tanquam certum, indubitatum, & ab omnibus concessum. At vnde ratio certitudinis? Ratio præcisa, & adęquata est hæc. Quia Patres Obseruantes erant Membra, & Partes totius Prouinciæ, subiecti, & subditi statuto, & capitulo Generali, habentes in capitulo vocem actiuam, & passiuam, ac proinde eligibiles in tali officio Ministeriatus, & Custodiatus totius Prouinciæ. Sed omnes istæ Conditiones tunc æquè reperiebantur in Reformatis, quia erant Membra Patrum de Obseruantia, & Partes totius Prouinciæ, subiecti, & subditi statuto, & capitulo Generali, habentes in capitulo Prouinciali vocem actiuam, & passiuam, ac proinde, etiam ipsi elegibiles in tali officio Ministeriatus, & Custodiatus totius Prouinciæ vt ipsimet Patres de Obseruantia, ergo isti, sicut illi erant ex præcepto, & vi Statuti Generalis ęquè eligibiles; &c. Ex quo concluditur. Patrem electum fuisse Custodem totius Prouinciæ

ciæ etiam ex præcepto, & vi Statuti Generalis.

Confirmatur Ratio. Omnes, & singuli Vocales non excepti existentes de corpore capituli, & in eo habentes vocem actiuam, & passiuam, secundum omnia iura, & Doctores sunt æquè eligibiles, videantur Doctores de electione tractantes. Tales tunc erant Patres Reformati Obseruantes conuocati ad capitulum Prouinciale Patrum de Obseruantia. Ergo; &c. Et per consequens Pater .N. fuit electus Custos Prouincialis totius Prouinciæ ex præcepto, & vi statuti Generalis.

Quinta Ratio. Statutum Generale Obseruantes Reformatos nō excipit, nec prohibet, quin, & ipsi in capitulo Prouinciali Patrum de Obseruantia ab ipsis, & pro ipsis celebrato, eligi possint Ministri, & Custodes pro ipsis, & totius Prouinciæ, cuius erant Membra, & Partes, & quòd non sint Prouincię Patres ex titulo officij habiti ab Obseruantibus. Ergo expressè id concedit, nec non permittit. De antecedente nulli dubium. Probatur consequentia tripliciter.

Primò. Quòd prohibitum non inuenitur expressè, videtur concessum. *.L. nec non vers. quę clausula .ff. ex quibus caus. Maior .l. mutus. §. cum quæritur .ff. de Procurat. .l. 1. §. fin. .ff. de Testib. Barbosa axioma 178. n. 1. & 193. n. 7. vbi multa.* Ratio est, Quia quòd Canones, & leges non definierunt, nec à nobis definiendum est. *Cap. quod si dormierit 31. Q. 1.*

Secundò. Permissa esse censentur, quę non sunt à lege prohibita. *Alex. consil. 57. n. .... lib. 1. Tusch. litt. P. concl. 298. n. 1. cum ibi allegatis.*

Tertiò. Quòd non reperitur à lege prohibitum, non debet superstitiosis prętensionibus, & cauillationibus præsumi, nec dici prohibitum. *Surd. consil. 173. n. 72. & 222. n. 5. Barbosa axioma. 178. vbi alia.* Ratio est. Quia quod non est sanctorum Patrum Decreto sancitum nō est superstitiosis adinuentionibus, & cauillationibus præsumendum. *Cap. consuluisti. 2. Q. 5. Surd. consil. 173. n. 72. & 222. n. 5. Barbosa axioma 178. n. 2. vbi alia multa.* Et valet argumentum, non est ita, quia cautum non reperitur. *Cap. illa. ne sed. vacan. cap. Romana de suppl. negl. Præsat. Text. optimus, vbi notat Gloss. in extrau. antiq. de voto Ioann. XXII.* Et ideò temerè, & superbè præsumit, qui sine lege pręsumit. *Gloss. V. presumptiuè in authentic. de nuptijs §. sic itaque.* Et *Gloss. in V. præsumant in cap. Iudei de Testib. vbi latè Felin. alia Gloss. V. non inuenitur in fin. in cap. inter corporalia, per text. ibi in cap. nam concupiscentia de constitut, & ibi Barbosa.* Ratio desumitur. *Ex .l. statuas .C. de Religion. & sumpt.....* ibi. Cum iure suo eorum, quę minus prohibita sunt, vni-

vnicuique facultas non denegetur, &c. Sed in nullo loco, vel passu totius statuti Generalis excipiuntur Patres Reformati, nec prohibentur, quin possint eligi, Ministri, & Custodes totius Prouinciæ in capitulis Prouincialibus Patrum de Obseruantia. Ergo id eis videtur non solum permissum, sed expresse à statuto generali concessum.

Ex dictis itaque, tum in hac, tum in præcedentibus quæstionibus, euidentissimè, ac patenter constat Patrem .N. quamuis ex Reformatis, & pro illorum satisfactione assumptum non solum ex Regula, Constitutionibus Apostolicis, & Decreto, sed etiam ex vi, & præcepto statuti generalis electum fuisse Custodem non Reformatorum, & vnius Partis Prouinciæ præcisè, sed Patrum de Obseruantia Principaliter, & totius Prouinciæ.

Insuper constat. Dictum Patrem ex præcepto eiusdem statuti Generalis interfuisse per integrum triennium Omnibus, & singulis functionibus in Diffinitorio Patrum de Obseruantia, pluribus congressibus capitularibus peractis, tanquam verum suum Custodem totius Prouinciæ iuxta præscriptum eiusdem statuti generalis, cap. de Custodibus, pag. 216. sic dicentis. *Custodes prædicti in Diffinitorij numero computantur, & de corpore Diffinitorij habentur, &c.* & *inferius pag. 220. Discreti verò pro tempore censentur Custos Prouinciæ ad comitia generalia mittendus, & Diffinitores in eodem capitulo electi, qui omnes, vt de corpore Diffinitorij ad illud semper vocandi sunt, & conuenire debent, &c.*

Si ergo prædictus Pater .N. ex præcepto, & vi statuti generalis communibus votis Obseruantium, & Reformatorum in capitulo Prouinciali electus fuit Custos totius Prouinciæ, conuocatus in quolibet capitulari congressu per integrum triennium interfuit Diffinitorio Patrum de Obseruantia, vt eius Custos, & suo voto Omnibus actionibus ibi peractis, tamquam primus Diffinitor concurrit; sequitur euidenter ex optima consequentia, ipsum gaudere titulo Paternitatis, & præcedentiæ cum annexis ex vi, & præcepto eiusdem statuti generalis in capitulo citato de Custodibus eligendis pag. 167. sic dicitur. *Qui Custodes in Prouincialibus capitulis canonicè, & ritè per vocales electi, veluti, dum actu sunt, sic perfuncti huiusmodi officio, etiam inter Prouinciarum Patres in sua quisque Prouincia numerentur, ac re vera sint.* Iste Pater, dum actu officio Custodis apud Obseruantes fungeretur, quamuis tunc inter Reformatos degeret, gauisus fuit Paternitate, præcedentia, & omnibus Priuilegijs Custodiatus inter eosdem Obseruantes ex

vi, & intuitu eiusdem statuti generalis. Ergo, & nunc officio functus, ex quo transijt apud Obseruantes debet inter eos ex vi eiusdem statuti generalis gaudere Paternitate, & præcedentia, & cæteris Priuilegijs, imò perseuerare in possessione dictorum iurium, & priuilegiorum, quam à principio sui Custodiatus de Omnium Patrum consensu, ac totius Prouinciæ absque vlla contradictione obtinuit, habuitquè.

*Appendix ad præfatas quæstiones De possessu, Paternitate, ac iure præcedendi, &c. Patris .N. ratione sui Custodiatus, qua aduersus Contradictorem negantem, rationibus, ac Doctorum auctoritatibus probatur; prædictum Patrem fuisse, ac esse in possessione perfecta Paternitatis, præcedentiæquè, & iure vtendi omnibus priuilegijs, siue ex lege, siue ex consuetudine Custodibus, officio functis, concessis.*

PRo cuius clariori notitia tria breuiter præmittimus. Primum in Religione Patrum minorum de Obseruantia, Custodiatum, de quo loquimur ex Regula, Constitutionibus, Apostolicis, & Ordinis statutis, esse verè officium, ratione cuius iam peracti, statuta Vallisoletana Cismontanæ familiæ tradita, ac pertinentia etiam ad Reformatos, vt probatum fuit in tertia quæstione, concedunt dictis Custodibus titulum Paternitatis, primam sessionem inter Patres, qui fuerunt Diffinitores &c. de quibus latè visum est supra præsertim quæstione quarta.

Secundò Præmittimus. Patrem .N. electum in tali officio, ac publicè declaratum in capitulo Prouinciali ab Obseruantibus conuocato, & pro ipsis celebrato communibus votis Patrum de Obseruantia, & Reformatorum illicò titulum verum respectu possessionis Paternitatis cum annexis sibi debitæ capiendæ habuisse.

Tertiò. Præmittimus ex sententia omnium Doctorum. Duplicem possessionem esse, vnam naturalem, ciuilem alteram. Possessio naturalis in incorporalibus, de qua potissimum est nostra concertatio, duobus modis capitur. Primò, quando acquisito aliquo officio, siue dignitate, statim acquiritur possessio naturalis omnium iurium ad illud officium pertinentium &c. Secundò, quando aliquis positiuè agendo, vna v.g. vel pluribus vicibus alium inferiorem præcedit digniorem sessionem sibi ex officio congruentem occupando; tunc constituitur ex istis duobus modis in possessione perfecta naturali præcedendi ipsum, & quemcumque alium inferiorem dum ius non obstet. Possessio verò ciuilis,

tiflis, siue in corporalibus, siue in incorporalibus, non consistit in aliqua apprehensione rei, neque in re extra fundatur, sed in animo habentis naturalem possessionem, quatenus intendit sua conseruare, & retinere, &c. Exemplũ de eo, qui possessionẽ naturalẽ alicuius Domus acquisiuit, illam possessionẽ naturalem iam à principio aquisitam conseruat, ac conseruabit semper possessione ciuili, idest animo illam retinendi, & habendi, itaut si steterit per centum annos, quòd nunquam ad suam domum pergeret, vnquam possessionem iam habitam à principio amittit. Quibus præmissis.

Primò probatur. Patrem .N. perfectam possessionem naturalem habuisse. Quicumque acquirit aliquod officium, & aliquas functiones sic eidem officio proprias exercet, quas nullus alius præter in tali officio constitutum exercere potest, hic est in possessione naturali perfecta vtẽdi omnib⁹ iuribus, priuilegijs, ac præeminentijs ad tale officiũ pertinentibus. *Rebuff. in tract. de pacif. poss. n. 269. Bald. consil. 196 col. vlt. in fin. lib. 2. Idem in l. 1. ff. de off. præsid. Aug. Tuschus litt. P. concl. 183. n 3. Couarru. lib. 3. variar. cap. 16. n. 13. Innocentius in cap. Dilectus. V. possessorem de capell. Monach. & ibi Cardinal. n. 11. Ioann. And. n. 7. & 8. vers. ex prædictis. Boich. n. 11. vers. sequitur. Anch. aran. n. 21. Abbas n. 19. vers. nec obstat. Henric. n. 11. Hostien. n. 1. vers. ex prædictis. Barbosa n. 4. Menoch. de retinen. poss. rem. 3. n. 158. Cephal. consil. 369. nu. 15. & seq. Maranta P. 2. resp. 19. n. 26. Barbosa in Votis Dec. lib. 2. V. 92. n. 17. & 18. Idem de canon. & Dign. cap 15. n. 22. Taulus P. 3. tract. 13. cap. 2. pun. 22. n. 10. Pasqualigus Dec. 477. n. 4. Portius de manut obser. 83. n. 117. 122. & 123. vbi multa iura, & Doctores, & post tract. Rota Dec. 605. n. 2. Rota diuersor. Dec. 19. nu. 7. P. 2. & P. 2. recentior. Dec. 171. n. 2. & 196. n. 6. cum alijs ab istis allegatis.* Sed dictus Pater per electionem de se factam in capitulo Prouinciali communibus votis Patrum tam Obseruantium, quam Reformatorum acquisiuit Custodiatus officium, & statim confirmatus fuit, ac deinceps per triennium exercuit functiones in Diffinitorio Patrum de Obseruantia eidem officio proprias, vt Custos Prouincialis. Ergo fuit tunc, & modò est in possessione perfecta naturali vtendi omnibus iuribus, priuilegijs, præcedentia, ac præeminentijs tali officio Custodiatus pertinentibus, itaut, si per centum annos steterit, quòd non vteretur talibus præeminentijs ad tale officiũ, & dignitatẽ pertinentibus, nunquã eas amittit, &c. huiusmodi iura, & præeminentiæ sunt titulus Paternitatis, Præce-

dentia inter alios Patres Prouinciæ, qui Diffinitores fuerunt, &c. Ergo, &c. Maior est euidentissima de iure, ex illa regula tritissima; Quando aliquis acquirit aliquod officium, &c. vt supradictum est. Minor de facto notorio constat ex actis capitularibus, &c. Et est notoriũ facti, dictum Patrem statim post electionem vocatum fuisse in Diffinitorio Patrum de Obseruantia, vt eorum Custodem Prouincialem, primam sessionem inter Diffinitores, vt ius præcipit, habuisse, ibiquè suo voto interfuisse omnibus functionibus, &c. per totum illud triennium.

Secundò probatur. Dictum Patrem habuisse, & habere etiam possessionem ciuilem. Possessio ciuilis fundatur in animo constanti retinendi, & conseruandi quæcumque per pocessionem naturalem ritè, ac rectè à principio acquisita fuerunt. *l. licet C. de aquiren. possess. & l. 3. §. in amittenda ff. eodem, Mascard. de prob. concl. 1196. n. 3. Barbosa in Vot. Dec. lib. 2. V. 42. n. 8. Poriius de Manu. Obser. 17. nu. 16. & 21. nu. 10. vbi multa iura & Doctores.* Sed dictus Pater à principio sui Custodiatus, post habitam possessionem naturalem, habuit, & constanter conseruauit animum retinendi, & conseruandi possessionem sui Custodiatus, ac Paternitatis, præcedentiæque eum annexis, ergo habuit, & habet ciuilem possessionem omnium iurium eiusdem Custodiatus, & consequenter Paternitatem, & præcedentiam, &c. Maior est euidens ex ratione formali possessionis ciuilis, Minor probatur. Tum quia functiones, quas per triennium absque interruptione exercuit, arguunt eius intentionem continuandi & in officio, & in iuribus officio annexis. Tum quia ab anno 1635. vsque nunc gauisus est Prouinciæ Paternitate à iure ei data intuitu Custodiatus. Tum etiam, quia ita ipse asseruit, & asserit. Ergo ita tenendum est. Consequentia clara. Quia in his, quæ sunt animi, statur dicto asserenti, præcipuè aliquo signo extra notificato, cum iste Pater semper querimonias fecerit, ac faciet, quod aliqui ei auferre volunt, quod Deus, & Religio ei tribuit, & concessit. *Ex Bald. C. de Iud. Ripa in sep. cum Ecclesia sutrina de causa poss. & propr. sub n. 23. Mascard. de prob. concl. 1202. n. 10. Postius de man. obser. 17. n. 23. cum ibi allegatis.* Sed Pater N. dixit semper, ac dicit, vt est notorium, se velle continuare in iure sui Custodiatus, Paternitate, præcedentia, alijsquè priuilegijs, siue à iure, siue à consuetudine officio custodiatus annexis. Ergo, ex quo intentionem in iure fundatam habet, ita est tenendum. Ideò ex dictis iste Pater est, & inuenitur etiam in

perfecta

perfecta possessione ciuili; Qua de causa etiam pro ciuili possessione dari debet ex iustitia manutenentio, & datur Mandatum de Manutenendo, quod est indubitatum apud omnes. *Valasc. Dec. 79. Pateu. Dec. 198. lib. 1. Mantica Dec. 185. Caual. Dec. 2. & 48. & 86. Faber. Dec. 8. C. vti possidetis. Rota apud Pacif. Dec. 16ꝰ. & 239 & apud Censium Dec. 2 2. & 232. Rota recent. Dec. 135. & 660. & 662. P. 1. & P. 2. Dec. 667. Rota post tract. Viuiani Dec. 32. & 56. Riccius P. 8. c llect. 3854. Palaus P. 2. tract. 3. disp. 2. pun. 32. n. 10. Postius de Manut. Obser. 16. n. 35. & 34. vbi multa & post tract. Rota Dec. 68. & 112. & 226. & 252. & 319.*

Tertiò probatur. Dictum Patrem habere, & habuisse simul vtramque possessionem naturalem videlicet, & ciuilem. Possessio naturalis ciuili possessione conseruatur, ac retinetur ex communi sententia Doctorum, nemine discrepante, vt supra visum, & probatum est, ita vt si per multum tempus non vtetur tali facultate; &c. nunquam amittit ius, siue possessionem naturalem iam acquisitam tali facultate vtendi, &c. *Portius de Manut. Obser. 58. n. 15. & post tract. Rota Dec. 25. n. 7.* Sed Pater N. semper habuit ab anno 1632. vsque nunc possessionem naturalem iam acquisitam à principio sui Custodiatus. Ergo, & ciuilem, & consequenter propter connexionem, vel dependentiam vnius ab altera, semper habuit, ac habet vtramque. Probatur minor ex regula receptissima Iuristarum. Qui probat olim possessionem naturalem habuisse, etiam hodie possessor est, & ex iure præsumitur. *Vt in .L. siue possidetis .C. de probat. & in .L. non ignorabit per Text. ibi .C. ad exhibendum, & ita tenent Ripa in cap. 3. n. 32. super hoc lit. Couarun. Reg. Possessor P. 2. §. 1. n. 1. Menoch. de recup. post. rem 15. n. 386. & abundè de præsumpt. lib. 6 præsump. 64 per totam vbi multa. Gratian. discep. for. cap. 310. n. 57. Tuschus litt. P. concl. 417. Barbosa in cap. olim el. 3. de rest. spol. n. 8. vbi multa. Afflictus Dec. 394. n. 2 Postius de Manut. post tract. Rota Dec. 4 n. 2.* Ratio est, quia mutatio voluntatis non præsumitur in possidente. *.L. cum qui .ff. de prob., & .l. cum hic statutus §. 1. .ff. de donat. inter vir., & vxor. Menoch. de præsu. lib. 6. pres. n. 9.* Quia Homo non præsumitur velle, nisi quod dicit. *Ex .l. liberto § pen. .ff. de ann. leg. Barb. in consil. 23. col. 1. lib. 2. Tiraquel. in .l. si vnquam in Verb. libertis n. 17. .C. de reuoca. donat. alios plures commemorans. Menoch. de præsum. lib. 6. præsu. 35.* Cum ex verbis prolatis declarari qualis sit animus; &c. *Ruin. in consil. 116. n. 10. lib. 5. Menoch. de præsum.*

*sum. lib. 6. prasu. 25. n. 13.* Sed dictus Pater probauit possessionem naturalem ab initio sui Custodiatus adeptam, & nunquam nec verbis, nec factis interruptam, cum Paternitate, praecedentia, alijsque priuilegijs annexis, quod etiam velit, nolit, fateri cogatur Contradictor. Ergo etiam hodie Possessor est iste Pater, ac in ea manutenendus est ex iustitia.

Dicet quis forsitan. Talem possessionem interruptam fuisse, ac conclusam ex terminatione officij, secundum leges municipales Reformatorum, ex quibus assumptus fuit dictus Pater Custos.

Respondetur. Non verè hoc inferri in subiecta materia. Quia tales leges sunt locales, & afficiunt tantum manentes in Reformatione, non extra, vt probatum fuit in tertia cauillatione. Ideò per translationem Patris præfati apud Obseruantes, inter quos viget ius, & consuetudo post officium Custodiatus peractum conseruandi Titulum Paternitatis, & præcedentię, quod sopitum erat in Reformatione ex eorum legibus, sequendo nunc leges Domicilij, dicimus, ipsum iure merito cõtinuare in possessione naturali ab initio Custodiatus acquisita, & per ciuilẽ possessione conseruatã, vt supra satis probatum fuit. Sed adhuc.

Quartò probatur. Eundem Patrem esse in eademmet possessione ex notorietate iuris euidẽtis. Possessio naturalis alicuius rei tam corporaliũ, quam incorporaliũ per instrumentũ probatur. *Mascard. de prob. conclu. 1190. per totam.* Iste Pater apud se habet instrumẽtũ legalitate fultum ac subscriptum à toto Diffinitorio Patrum de Obseruantia, quod attestatur, dictum Patrem in illo capitulo. N. peracto anno 1632. fuisse electum Custodem Prouincialem totius Prouincię, & non tantùm Reformatorum: Ergo ex notorietate iuris euidentis testificantis dictum Patrem Prouincialem Custodem fuisse, ex quo officio Custodiatus nascitur, ac oritur titulus perfectus à iure Paternitatis, & præcedentiæ cum annexis. Ergo est in possessione supradictorum, cum à principio sui Custodiatus possessionẽ naturalem acquisiuit Paternitatis, & pręcedentię, &c. quam semper conseruauit ciuili possessione. Ratio est: quia ex instrumentis notorium iuris inducitur, cui creditur ............ Nam instrumẽtum rem notoriam facere apertissimẽ probatur. Quia quod in ipso continetur, dicitur, ac est veritas apparens, & probatio probata non probanda, neque indigens discussione, seu disceptatione fori, & vocatur veritas euidentissima, liquida, & manifesta; &c. *Innoc. in cap. 1. n. 2. de fide instrum. Bart. in l. si quid in repet. §. si initiũ n. 5.*

*n. 5. ff. de eodem Franc. Leo in Thesau. for. Eccles. P. 2. cap. 6. n. 1. Menoch. de Arb. Iud. lib. 8. cap. 2. casu. 105. n. 41. Idem de præsu. lib. 1. quæst. 65 n. 8. Tuschus litt. I. concl. 337. & litt. P. concl. 122. & 775. Barbosa in cap. cum contingat de rescrip. n. 3. & de Constitut. in cap. cum accessissent n. 3. vbi multa. Bart. in l. quoties in fin. C. de Iud. Caputaq; Dec. 41. n 1. P. 2. Mascard. de prob. concl. 1107. n 19. & 21. vbi multa iura, & Doctores. Maranta P. 3. resp. 85 n. 11. Rolan. consil. 9. n. 26. lib. 1. Rota apud Seraphinum Dec. 1136. n. 2. & apud Gratianum Dec. 442. num. 1.* Si istud instrumentum, quod notorium iuris facit, testificans, quæ in eo continentur facti veritatem, vocetur veritas apparens, & euidentissima probatio. Ergo hoc sufficit ad perfectè probandum possessionem naturalem iam acquisitam à principio sui Custodiatus, Paternitatis, & præcedentiæ; &c.

Ideò ex superius dictis, tam ex notorietate facti euidentis, quam iuris claris, iste Pater est, ac inuenitur in perfecta possessione naturali Paternitatis, ac præcedentiæ inter Patres, quam semper conseruauit, conseruatque, atque conseruabit ciuili possessione, idest animo sua retinendi, & habendi. Quare in ea ex iustitia in sua possessione manutenendus est. Ratio est, quia omnis, qui est in possessione alicuius rei, tam corporalis, quam incorporalis ex iustitia manu teneri debet. *Menoch. de præsum. lib. 6. præsu. 6. Tuschus litt. M. concl. 79. & litt. P. concl. 427. Riccius P. 2. Dec. 255. nu. 5. & 264. n. 11. Maranta P. 3. resp. 42. nu. 6. & 47. n. 30. Barbosa in Vot. Dec. lib. 2. V. 21. nu. 14. & 56. nu. 89. Rota apud Greg. XV. Dec. 221. n. 2. & 907. & Apud Seraph. Dec. 342. n. 1. & 505. n. 9. & 582. n. 9. & Apud Cuccinum Dec. 14. n. 9. & 99. nu. 1. & 125. n. 1. & 150. & 281. n. 1. & 354. n. 1. & 366. & 378.* Iste Pater est in possessione, &c. Ergo in ea ex iustitia manuteneri debet, &c.

Instat Contradictor dicens. Si supradicta vera essent, nulli dubium esse potest. Dictum Patrem .N. in possessione Paternitatis, & præcedentiæ inter Patres esse. Sed, quia res ita non se habet, cum iste, vt sæpè dictum fuit, electus fuerit, vt Reformatus vi Decreti pro Reformatis, Custos Vocalis. Ergo non fuit Custos electus pro Obseruantibus, nec eorum Custos Vocalis. Ergo fuit intrusus in officio Custodiatus pro Obseruantibus, & in possessione Paternitatis, &c. cum non fuerit Custos Vocalis pro Obseruantibus, quibus Custodibus pro Obseruantibus datur à iure Paternitas, &c. Ergo Manuteneri non debet in possessione supradictorum, &c.

Respon-

*sum. lib. 6. præsu. 25. n. 13.* Sed dictus Pater probauit possessionem naturalem ab initio sui Custodiatus adeptam; & nunquam nec verbis, nec factis interruptam, cum Paternitate, præcedentia, alijsque priuilegijs annexis, quod etiam velit, nolit, fateri cogatur Contradictor. Ergo etiam hodie Possessor est iste Pater, ac in ea manutenendus est ex iustitia.

Dicet quis forsitan. Talem possessionem interruptam fuisse, ac conclusam ex terminatione officij, secundum leges municipales Reformatorum, ex quibus assumptus fuit dictus Pater Custos.

Respondetur. Non verè hoc inferri in subiecta materia. Quia tales leges sunt locales, & afficiunt tantum manentes in Reformatione, non extra, vt probatum fuit in tertia cauillatione. Ideò per translationem Patris præfati apud Obseruantes, inter quos viget ius, & consuetudo post officium Custodiatus peractum conseruandi Titulum Paternitatis, & præcedentię, quod sopitum erat in Reformatione ex eorum legibus, sequendo nunc leges Domicilij, dicimus, ipsum iure merito cõtinuare in possessione naturali ab initio Custodiatus acquisita, & per ciuilẽ possessione conseruatã, vt supra satis probatum fuit. Sed adhuc.

Quartò probatur. Eumdem Patrem esse in eademmet possessione ex notorietate iuris euidẽtis. Possessio naturalis alicuius rei tam corporaliũ, quam in corporaliũ per instrumentũ probatur. *Mascard. de prob. conclu. 1190. per totam.* Iste Pater apud se habet instrumẽtũ legalitate fultum ac subscriptum à toto Diffinitorio Patrum de Obseruantia, quod attestatur, dictum Patrem in illo capitulo. N. peracto anno 1632. fuisse electum Custodem Prouincialem totius Prouincię, & non tantùm Reformatorum: Ergo ex notorietate iuris euidentis testificantis dictum Patrem Prouincialem Custodem fuisse, ex quo officio Custodiatus nascitur, ac oritur titulus perfectus à iure Paternitatis, & præcedentiæ cum annexis. Ergo est in possessione supradictorum, cum à principio sui Custodiatus possessionẽ naturalem acquisiuit Paternitatis, & pręcedentię, &c. quam semper conseruauit ciuili possessione. Ratio est: quia ex instrumentis notorium iuris inducitur, cui creditur ............ Nam instrumẽtum rem notoriam facere apertissimẽ probatur. Quia quod in ipso continetur, dicitur, ac est veritas apparens, & probatio probata non probanda, neque indigens discussione, seu disceptatione fori, & vocatur veritas euidentissima, liquida, & manifesta; &c. *Innoc. in cap. 1. n. 2. de fide instrum. Bart. in l. si quid in repet. §. si initiũ n. 5.*

*n. 5. ff. de eodem Franc. Leo in Thesau. for. Eccles. P. 2. cap. 6. n. 1. Menoch. de Arb. Iud. lib. 8. cap. 2. casu. 105. n. 41. Idem de præsu. lib. 1. quæst. 65. n. 8. Tuschus litt. I. concl. 337. & litt. P. concl. 22. & 775. Barbosa in cap. cum contingat de rescrip. n. 3. & de Constitut. in cap. cum accessissent n. 3. vbi multa. Bart. in l. quoties in fin C. de Iud. Caputaq; Dec. 41. n. 1. P. 2. Mascard. de prob. concl. 1107. n. 19. & 21. vbi multa iura, & Doctores. Maranta P. 3. resp. 85 n. 11. Rolan. consil. 9. n. 26. lib. 1. Rota apud Seraphinum Dec. 1136. n. 2. & apud Gratianum Dec. 442. num. 1.* Si istud instrumentum, quod notorium iuris facit, testificans, quæ in eo continentur facti veritatem, vocetur veritas apparens, & euidentissima probatio. Ergo hoc sufficit ad perfectè probandum possessionem naturalem iam acquisitam à principio sui Custodiatus, Paternitatis, & præcedentiæ; &c.

Ideò ex superius dictis, tam ex notorietate facti euidentis, quam iuris claris, iste Pater est, ac inuenitur in perfecta possessione naturali Paternitatis, ac præcedentiæ inter Patres, quam semper conseruauit, conseruat què, atque conseruabit ciuili possessione, idest animo sua retinendi, & habendi. Quare in ea ex iustitia in sua possessione manutenendus est. Ratio est, quia omnis, qui est in possessione alicuius rei, tam corporalis, quam incorporalis ex iustitia manu teneri debet. *Menoch. de præsum. lib. 6. præsu. 6. Tuschus litt. M. concl. 79. & litt. P. concl. 427. Riccius P. 2. Dec. 255. nu. 5. & 264. n. 11. Maranta P. 3. resp. 42. nu. 6. & 47. n. 30. Barbosa in Vot. Dec. lib. 2. V. 21. nu. 14. & 56. nu. 89. Rota apud Greg. XV. Dec. 221. n. 2. & 907. & Apud Seraph. Dec. 342. n. 1. & 505. n. 9. & 582. n. 9. & Apud Cuccinum Dec. 14. n. 9. & 99. nu. 1. & 125. n. 1. & 150. & 281. n. 1. & 354. n. 1. & 366. & 378.* Iste Pater est in possessione, &c. Ergo in ea ex iustitia manuteneri debet, &c.

Instat Contradictor dicens. Si supradicta vera essent, nulli dubium esse potest. Dictum Patrem .N. in possessione Paternitatis, & præcedentiæ inter Patres esse. Sed, quia res ita non se habet, cum iste, vt sæpè dictum fuit, electus fuerit, vt Reformatus vi Decreti pro Reformatis, Custos Vocalis. Ergo non fuit Custos electus pro Obseruantibus, nec eorum Custos Vocalis. Ergo fuit intrusus in officio Custodiatus pro Obseruantibus, & in possessione Paternitatis, &c. cum non fuerit Custos Vocalis pro Obseruantibus, quibus Custodibus pro Obseruantibus datur à iure Paternitas, &c. Ergo Manuteneri non debet in possessione supradictorum, &c.

Respon-

Respondetur. Iam satis satisfactum fuit, superiùs huic cauillationi, & infra redibit sermo. Quare iterum dico. Patrem .N. in illo capitulo ab Obseruantibus conuocato, & pro ipsis celebrato intuitu statuti Generalis ad faciendos suum Ministrum, & Custodem Vocalem pro seipsis, & tota Prouincia, non pro parte, quia ad hoc faciendum auctoritatem non habebant, vt Reformatum vi Decreti, electum fuisse Custodem pro satisfactione Partis Reformatorum, sed vt Membrum Patrum de Obseruantia, & Partem Prouinciæ ex præcepto Regulæ, Constitutionum Apostolicarum, & statutorum Ordinis extitisse electum Custodem Vocalem præcisè pro Obseruantibus, & totius Proninciæ, cui officio Custodiatus datur à iure titulus Paternitatis, & præcedentiæ cum annexis, &c. Ergo non fuit intrusus in officio Custodiatus, nec minus in possessione Paternitatis cum annexis, cum hæc Paternitas detur à iure ijs, qui Custodes Prouinciales pro Obseruantibus, & totius Prouinciæ fuerunt. iste Pater fuit eorum Custos certissimè. Ergo &c.

Ideò dato, & nunquam concesso, ac contradictoris confessionem accipiamus pro eius satisfactione. Dictum Patrem tunc intrusum fuisse in officio Custodiatus, quia, vt ipse somniat, non erat Obseruantium Custos, ac etiam nunc in titulo Paternitatis cum annexis intrusum esse. Ideò sufficit aliquem esse intrusum ad eum Manutenendum in sua possessione, in qua inuenitur esse, donec à Iudice determinandum erit, prout de iure, & non debet aliquis propria manu possessionem auferre è possidente, &c. Ratio est, quia ad obtinendam Manutentionem sufficit nuda detentio de facto, & sola facti insistentia. *Barbosa in Vot. Dec. lib. 2. V. 21. n. 14. Idem in prax: exig. pen glie. 2. n. 20. Maranta P. 3. resp. 63. Postius de Manut. Obser......* Iste Pater, vt somniat contradictor, quamuis Intrusus, ei debetur Manutentio ex iustia donec à Iudice determinatum sit, &c. Ratio est. quia etiam Possessor iniquus, & iniustus detentor, ac Prædo manuteneri debent in sua possessione, & non sunt de facto ab illa remouendi, cum possessione sua priuari nemo debet sine iudiciali cognitione, ac seruatis seruandis, prout de iure. *Cap. in litteris. de restit. spoliat. cap. licet Episcopus de preb. in 6. & ibi Barbosa n. 9. Idem in C. Iust. T. 2. in l. si deserta pag. 233. n. 6. Idem in Vot. Dec. lib. 2. V. 47. n. 192. & lib. 3. V. 106. n. 86. l. fin. C. per vim, vel alio modo, & ibi Bald. Menoch. de adip. poss. rem. 4. n. 448. & 564. & de retin. poss. rem. vlt. n. 18. & de recup. rem. 1. nu. 111. Mascard. de prob.*

*concl.*

*concl.1197.n.6. Riccius P. 4. Dec.203. n.3. cum seq. & Dec. 223. nu. 3. cum seq. vbi multa iura, & Doctores, & P. 1. Dec. 132. nu. 10. Maranta P.1, resp.11. n.21. vbi Multa, Portius de manu.obser....... Rota apud Manticam Dec. 309. n.4. & apud Seraphinū Dec. 1471. n.1. & Apud Cuccinū Dec. 113. n.5. & 378. n. 3. Tuschus litt. P. concl. 427. n.43. & 441. & 442. n. 4.* Vsque nunc locuti sumus secundum beneplacitum & Contradictoris Voluntatem ad eum magis conuincendum talia absurda asserentis. Sed, Bone Deus; Quomodo iste Pater intrusus dici potest in officio Custodiatus à Patribus de Obseruantia habiti, & præcisè, & principaliter ab ipsis factus, & pro ipsis Custodiatus officium gessit, & ab omnibus habitus, & Vocatus pro tali, & per totum illud triennium, omnibus functionibus, quæ in Diffinitorio fiunt pro Obseruantibus tantum interfuit, litteris testimonialibus subscriptis à toto Diffinitorio Obseruantium ad commitia Generalia profectus fuit pro tota Prouincia, ac peracto officio, ab anno 1635. vsque nunc semper gauisus fuit Paternitate ex titulo Custodiatus, & ex iure intuitu eius, estquè habitus, & Vocatus Prouinciæ Pater? Et Contradictor ausus est asserere.

Istum Patrem intrusum esse, &c. Quia Intrusus dicitur, qui absque alicuius superioris consensu, vel auctoritate possessionem alicuius officij, siue dignitatis apprehenderit. *Mascard de prob. concl. 936. n.5. Flamin. de resig. Benef. lib.7. quæst.1. nu. 114. Asorius P. 2. lib. 7. cap. 35. nu. 8.* Iste Pater ex consensu Prælati, ac totius capituli totam Prouinciam rapræsentantis, fuit factus, & confirmatus Custos Prouincialis &c. Ergo non est Intrusus, &c.

Restat optimè probatum legibus, auctoritatibus, & rationibus; Dictum Patrem in perfecta possessione naturali, ac ciuili fuisse, ac esse Paternitatis, ac iuris Patribus præcedendi, &c. & in ea ex iustitia manutenendus est. Quia si manuteneri ex iustitia debet intrusus, Iniustus Detentor, ac Prædo; Eò amplius, & multò magis iste Pater, qui officium Custodiatus habuit à tota Prouincia, ac per totum triennium in Diffinitorio suum officium exercuit pro Obseruantibus, manutenendus est in sua præscripta possessione &c. vt infra videbitur in Decima cauillatione,

Confirmatur. Manutenendus est iste Pater in sua possessione præcedendi, ac in ea conseruandus, cum habeat iuris assistentiam, ac suam intentionem in iure fundatam. Quia ius præcipit, quòd Custos Pro-

 uincialis

uincialis sit primus Diffinitor, ac inter eos primam sessionem habeat, vt semper habuit per totum illud triennium; Ergo suam intentionem in iure fundatam habet. Ergo Manutenendus, & conseruandus est iste Pater in omnibus, quæ ex officio ad se spectant, & pertinent ex iure, & in quibus iuris assistentiam habet intuitu tituli Custodiatus Paternitatem, & præcedentiam inter Patres concedentis. *De Ponte Dec. 18. per totam. Rota apud Caualler. Dec. 506. n. 4. & apud Manticam Dec. 202. n. 8. & apud Cuccinum Dec. 448. n. 1. Gratian. discep. for. c. 870. n. 8. & 898. n. 18. Postius de Manut. obser. 45. n. 3. & 4. cum seq.* Quamobrem, qui dicit magis ad Prouinciæ Patres præcedentiam pertinere, quàm ad dictum Patrem, cum eis obsistat ius commune, ac statutum consuetudine fultum, aliter præcipiens, id concludentes probare debebit suam intentionem Rota apud Cuccinum, Dec. 448. n. 2. cum ibi allegatis.

Ideò cum iste Pater perfectam possessionem supradictorum titulatam ratione Custodiatus habeat, vt tot iuribus, & Doctoribus probatum fuit; in quo casu propter assistentiam, & tituli fomentum, absolutè ex iure dubitari non potest, quin istius Patris possessio sit manutenibilis, & ex iustitia in ea manutenendus sit. *Cap. licet causam, vbi Felin. n. 9. & Barbosa n. 12, de probat. Gratian. discep. foren. cap. 402. n. 1. & 2. Verall. Dec. 336. P. 2. Gregor. Dec. 323. & ibi adden. n. 6. & Dec. 412. n. 5. Barbosa in Vot. Dec. lib. 3. V. 106. n. 89.*

Quam assistentiam, siue tituli fomitem Prouinciæ Patres non habent, cũ ex titulo Diffinitoriatus tantum iuris assistentiam habeant iuris præcedendi omnibus, exceptis illis, qui Ministri, & Custodes Prouinciales extiterunt, vt intelligenti patet.

Quare, cum sit iste Pater .N. in perfecta possessione, non solùm Paternitatis cum annexis, sed etiam præcedentiæ inter Patres positus, in sua possessione ex iustitia manutenendus est, etiam lite pendente; donec à Iudice, &c. *Toto titulo, vt lite pendente, nihil innouetur, & ibi Doctores, & Barbosa. Idem in Vot. Dec. lib. 2. V. 49. n. 12. & V. 52. nu. 1. & V. 47. num. 194. & V. 56. n. 100. & 101. & V. 57. n. 100. & lib. 3. V. 76. n. 159. cap. non solum de appell. in 6. & ibi Barbosa. Riccius P. 1. Dec. 132. & Dec. 235. P. 2. & P. 4. Dec. 61. n. 2. Idem in collect. P. 8. collect. 2344. & 3855. Valerus lib. 8. cap. 17. n. 2. Azorius P. 1. lib. 5. cap. 24. n. 9. vers. Deinde lite pendente. Franc. Leo in Thes. for. Eccles. P. 2. cap. 2. n. 8. & cap. 12. n. 25. Lancel. de assent. cap. 4. lim. 10. Menoch. consil. 35. num. 14.*

*num. 14. Maranta P. 1. resp. 13. n. 8. & 21. n. 3. & P. 3. resp. 63. Rota apud Seraph. Dec. 297. & 1106. & 1433. & apud Cuccinum, Dec. 261. n. 2. & 314. n. 1. & Dec. 417. n. 3. & 486. n. 2. & 488. n. 1. & apud Post. post tract. Dec. 305. n. 1.*

*Veritas opprimi non potest, & quò Magis oppugnatur, eò Magis emicat & Illustratur.*

EX omnibus supradictis, & infra dicendis, perfectè, & euidenter visum, & probatum est, & est veritas ............ Dictum Patrem .N. Custodem Prouincialem Patrum de Obseruantia præcisè, & totius Prouinciæ extitisse; perfectum ius, ac possessionem acquisitam à principio sui Custodiatus Paternitatis, ac iuris Patribus præcedendi habuisse, & habere, atque in ea ex iustitia manutenendum esse; cui Veritati ............. obstari de iure non potest, quamuis gratis, ac de facto à Contradictore obstetur, aliquibus cauillationibus obijciente cōtra iura istius Patris. Quia veritas est res solidissima, Murusquè inexpugnabilis. *Afflict. Dec. 253. nu. 7.* Vbi refert illud Isidori. *O quam Magna est vis veritatis, quæ omnia ingenia, astutias, & cauillationes superat. Polyb. histoariar. lib. 6. Ignis, quò pluribus lignis obruitur, eò Magis accenditur, sicut & veritas, quò Magis oppugnatur, eò magis emicat, & illustratur. Esdr. lib. 3. super omnia vincit Veritas. Cacheran. Dec. 30. n. 1. diffusè Maranta P. 1. resp. 39. à n. 1.* Quia veritas oppugnata, & contrita calumnijs, & cauillationibus, tantò clarior, nebulis expulsis, progreditur in lucem, sicut aromata; quæ magis redolent, quanto magis conteruntur. *Cap. graue. 35. quæst. 9. Gloss. V. postquam in cap. cum Ioannes de fide Instrum. Cranat. consil. 135. n. 18. Roland. à Valle consil. 6. n. 1. & consil. 80. n. 2. lib. 1. & consil. 66. n. 1. lib. 2. Barbosa in Vot. Dec. lib. 3. V. 93. num. 21.* Nec contra veritatem valent aliquid hominum calliditates, & cauillationes, aduersus quas ipsa per se ipsam defenditur. *Cicero in orat. in Vat. tantam semper potentiam veritas habuit, vt nullis Machinis, aut cuiusquam hominis ingenio, aut arte subuerti potuerit, & licet in causis nullum Patronum, aut defensorem obtineat, tamen per seipsam defenditur. Et in Orat. pro Marco Cælio. O magna vis Veritatis, quæ contra hominum genia, calliditatem, solertiam, contraquè fictas hominum insidias facilè per se ipsam defendat, &c. l. penult. §. mulier. ff. de prob. Paris. consil. 29. n. 82. lib. 2. Menoch. de præsum. lib. 1. quæst. 31. n. 4. Ioann.*

*And. in cap. damnamus de summa Trinitat. Barbosa in Vot. Dec. lib. 3. V. 76. n. 77.* Et iram Dei prouocat super se non solum, qui veritatem opprimit, sed etiam, qui eam opprimi conspiciens, eam pro viribus non defendit. *Cap. quisquis, cap. nolite timere. 11. quæst. 3. Dec. consil. 151 in prin. Paul. de Castr. consil. 234. ante n. 1. Vol. 2. Socin. iun. consil. 76. n. 1. & 127. n. 1. lib. & consil. 41. n. 1. cum seq. & consil. 134. n. 1. & 2. lib. 3. Barbosa l. c. n. 78. & Voto 93. n. 21.*

*Quibusdam Extorsionibus, & Cauillationibus, perfectæ, præscriptæque possessioni Paternitatis, & præcedentiæ inter Patres dicti Patris. N. Contradictor opponere conatur; et eam opprimere. Et quamuis ex superius dictis eis abundè satisfactum fuerit, tamen singulis hic respondendum erit, ad ostendendam earum falsitatem euidentem.*

PRima Cauillatio contra Paternitatem, & præcedentiam dicti Patris inuenta à Contradictore dicente contra veritatem. Quòd per huiusmodi acceptionem istius Patris ad Obseruantiam, non mutauit statum respectu officij Custodiatus habiti, vt Reformatus, & pro parte, & satisfactione Reformatorum discretiuè Custos Vocalis factus. Ideò transiuit ad Obseruantiam cum ista formalitate tantum Patris. N. & non cum alia formalitate Custodiatus, quia fuit Custos tantùm pro Reformatis, non pro Obseruantibus. Ergo, non est in possessione Paternitatis, & præcedentię. &c.

Respondetur. Bene verum esse. Quòd dictus Pater suum statum non mutauit respectu Officij Custodiatus, sed in eodem statu, in quo in Reformatione se inuenerit, & cum eadem formalitate transiuit ad Obseruantiam Reformationis Matrem, ex qua Omnes Reformationes exierunt; sed non secundum Contradictoris cauillationem, & extorsionem. Quia in Reformatione reperiebatur, & se inueniebat iste Pater Custos Prouincialis electus, & factus ab Obseruantibus, vt eorum membrum, & Pars præcisè pro ipsis, & vnitiuè, aggregatiuèque pro tota Prouincia ad satisfaciendum Regulæ præcepto, &c. Sed vt Reformatus intuitu Decreti discretiuè pro satisfactione tantum Partis Reformatorum. Ideò in Reformatione cum ista formalitate Custodiatus Prouincialis præcisè Patrum de Obseruantia, & totius Prouinciæ se habebat iste Pater, vt dictum est; cui datur à iure communi

perti-

pertinente etiam ad Reformatos, vt Membra Obseruantium, & Prouinciæ Partes, Paternitas, & præcedentia inter Patres, vt illi, qui verè, & infallibiliter eorũ Custos Prouincialis fuit. Ergo cum ista formalitatè Paternitatis, & præcedentiæ ad Obseruantiam, à qua, & pro qua factus fuit eius Custos Prouincialis, transiuit. Itaut quocumque in sua Prouincia pergeret istam formalitatem apud se habet Personæ annexam, habitamquè à iure, & consuetudine ratione Officij Custodiatus; &c. Ergo, Paternitatem, & præcedentiam habuit, ac semper habet in sua Prouincia, & cum ista ad Obseruantiam transiuit in eadem sua Prouincia. Ergo est in possessione Paternitatis, & præcedentiæ inter Patres ab anno 1632. vsq; nunc, & in ea ex iustitia manutenendus est.

Secunda Cauillatio. Dicet, concessum est dicto Patri à Superioribus Paternitas cum aliquibus gratijs annexis ex permissione, gratitudine, & beneuolentia, non ex iure sibi debito, quæ omnia vocantur facultatiui actus, qui ad libitum reuocari possunt. Cum iste Pater non fuerit Custos Vocalis factus pro Obseruantibus, sed vt Reformatus, ex vi Decreti factus, & electus eorum Custos tantùm fuit, &c. Ideò ex communi calculo Doctorum ex istis actibus facultatiuis isti Patri concessis ex liberalitate, & permissione, &c. non ex iure sibi debito, non potest ius aliquid, siue possessio acquiri. Quia ex illis, quę facultatis fiunt, certum est nullo tempore dici posse aliquod ius quæsitum, siuę possessionem, nec præscriptam causatam. Ergo iste Pater non est in possessione Paternitatis, & præcedentiæ inter Patres, &c. nec in ea manuteneri debet ex iustitia.

Respondetur. Quòd prædicta cauillatio fundatur in euidenti falso præsupposito toties repetito à contradict., ex quo falso præsupposito omnes eius Cauillationes emanarunt. Vnde ipse asserit, sed falsè; Dictum Patrem fuisse tantùm Custodem Vocalem Reformatorum, & non Obseruantium, quod in prima quæstione abundè contrarium probatum fuit, & ex consequentia, Paternitas, & eius Priuilegia dependerent à Voluntate Superiorum, quæ omnia ei data fuere ex permissione, vt asseret malè Contradict., & non ex iure sibi debito ex iustitia; cuius tamen contrarium perfectè probabitur.

Probatur. Dictum Patrem Custodem Prouincialem præcisè, & principaliter pro Obseruantibus factum, & electũ extitisse, &c. vt in hac scriptura sæpè probatum fuit; cui officio Custodiatus datur Paternitas, & præcedentia cum annexis independenter ab aliquo à iure, & statuto

Gene-

Generali, vt supra probatum est, loquente indefinitè, & generaliter de omnibus Custodibus ab Obseruantib. factis. Ideò de Omnibus Custodibus Prouincialib. ab ipsis in suis capitulis factis, sine dubio intelligendum est. Quia locutio Generalis omnia compræhendit in illa locutione &c. *L. cum quærebatur. ff. de verbr. signif. Ioseph Jesse. Arag. Dec. 48. n. 12. Franc. Molina de ritu nupt. lib. 3. quæst. 54. n. 4. Barbosa in Vot. Dec. lib. 3. Pasqualigus quæst. 159. n. 5. V. 91. nu. 32. Idem axioma 106. n. 3. cap. Maioribus de præben.* Tum quia statutum, siue lex generaliter loquens, generaliter intelligenda est, & non cauillanda. *Barbosa axiom. 136. vbi multa iura & DD. plena manu.* Tum quia statutum Generale non distinguit de Custodibus tantùm assumptis ex Obseruantibus, Reformatos excludendo, cum etiam ipsi in hoc essent Obseruantes, vt supra probatum fuit, sicut ipsimet Obseruantes &c. Sed de omnibus sub isto nomine, Obseruantes, expresè intelligit, nihil distinguens. Ergo si lex, vel statutum non distinguit, nec nos distinguere debemus. *L. non distinguemus. ff. de recept. Arb. l. praeces. ff. de offic. præs. cap. solutæ de Maiorit. & obed. & ibi Barbosa. Surd. consil. 51. n. 7. & 182. n. 15. & 301. n. 50. & 308. n. 3. & 340. n. 2. & Dec. 195. n. 4. Tusch. litt. D. concl. 508. Riccius P. 2. Dec. 89. n. 2. & 286. nu. 6. & P. 4. Dec. 245. nu. 5. Maranta P. 2. resp. 31. nu. 136. Barbosa axioma 186. vbi multa.* Ex qua lege, siue statuto concedente, & præcipiente Paternitatem, & præcedentiam inter Patres, euidenter, & Manifestè apparet, dictum Patrem iure proprio sibi debito ex titulo Custodiatus, non ex Beneuolentia, ac expresè videtur dictam Paternitatem, & præcedentiam possidere ex iure independenter ab aliquo &c. *L. Titia. ff. de solut. Surd. consil. 135. n. 24. Barbosa in Vot. Dec. lib. 3. V. 76. n. 126. Rota post tract. Post. Dec. 40. nu. 3.* Et non sunt gratuita ea, ad quæ nos necessitas astringit, & statutum nobis concedit. *Rota Dec. 702. n. 4. in fin. P. 3. recent. Barbosa. l. c.* Vnde habentur, ac succedunt multæ iuris conclusiones ab omnibus communi calculo receptæ. Quarum.

Prima est. Quia, cum iste Pater hanc Paternitatem, & præcedentiam cum annexis possedit, ac possidet ex titulo Custodiatus vi, & intuitu statuti Generalis talia concedentis, & præcipientis ratione dicti officij. Ideò possidens ex titulo præcedenti expresè, & euidenter præsumitur, & dicitur possidere ex eodem titulo, & non ex beneuolentia, &c. *Ex Gloss. in l. quædam Mulier. vers. sufficiebat. ff. de rei vend. Mascard. de prob. concl. 1202.* Nam non est materia facultatiua, quando

titulus

titulus præcedit, quia tunc actus sequentes dicuntur, & præsumuntur facti in vim tituli præcedentis, ad exclusionem actus voluntarij, siue permissionis, vel liberalitatis, &c.

*Beltramin. ad Greg. XV. Dec. 162. Portius de man. Obser. 53. n. 18. Barbosa in Vot. Dec. lib. 3. V. 76. n. 127. per Text. in l. qui aliena §. si is qui ff. de acquiren. hæred.*

Secunda conclusio est. Quia ille dicitur possidere iure liberalitatis, siue permissionis &c. cui non competit iure sibi debito ea, quæ ei dantur. *Tuschus litt. P. concl. 411.*

Tertia conclusio. Quia in ijs, quæ de facili non conceduntur, non præsumitur gratiosa, siue liberalis concessio expermissione, sed iure ei debito intuitu officij habiti talia concedentis. *Vt per Ioann. in cap. bonæ, & secundo de postul. prælat; & ibi Butr. n. 3. Abb. n. 19. Rota apud Seraphinum Dec. 476. n. 2.*

Quarta conclusio. Quia possessio spiritualium, vel quasi spiritualium per actus ad illud officium, vel dignitatem pertinentes, probatur, quibus nemo fungitur, nisi ille, qui talem dignitatem habet &c. *Mascard. de prob. concl. 1190. n. 10. cum ibi allegatis.*

Quinta, certa iuris conclusio est. Quòd ex multiplicitate actorum per côtinuatum temporis spatium præsumptio facultatiua totaliter excluditur, & quòd illi actus gesti minimè facti fuere ex permissione, ac liberalitate, &c. sed ex iure Tituli habiti intuitu Custodiatus, &c.

*Rip. in cap. cum Ecclesia sutrina n. 55. de causa possess. Cæsar de Grassis Dec. 1. n. 3. eod. Tit. Seraph. Dec. 212. n. 2. & 323. n. 4. Beltramin. ad Greg. XV. Dec. 162. n. 16. vers. secundo excluditur. Rota d. Dec. 389. n. 4. P. 3. recent. & Dec. 224. n. 8. P. 6. recent. & post tract. Post ead. Rota Dec. 41. n. 8. & in recent. Dec. 397. n. 3. & 640. n. 3. P. 2. Caual. Dec. 286. n. 6. Gratian. discep. foren. cap. 681. n. 6. Barbosa in Vot. Dec. lib. 3. V. 76. n. 130. Portius de manut. Obser. 53. n. 20. vbi latæ,* ac in hoc rationem reddit Portius, quia toties multiplicata gratia non est præsumenda, nec non, quod ex diuturna possessione acquiritur ex iustitia actus considerabilis, ac manutenibilis, nisi illi actus habiti, ac gesti sint ex titulo, &c. Sic etiam euidenter excluditur præsumptio possessionis iure familiaritatis, & permissionis, ex Multiplicitate actuum, & continuata possessione. *Beltramin. ad Greg. XV. Dec. 572. nu. 8. Postius post tract. Dec. 32. n. 9. Ead. Rota apud Seraph. Dec. 342. n. 2. Barbosa l. c. nu. 132.*

Dictus Pater tot actus indicantes dictam possessionem Paternitatis

habuit,

habuit, ac fecit ab anno 1632. vsque nunc, qui perfectissimè testificantur, & ostendunt perfectum ius, & possessioné Paternitatis, & præcedentiæ inter Patres cum annexis ex iure sibi debito ratione tituli Custodiatus habere, & non ex facultate permissiua, & liberali. Quia, cum per totum illud triennium sui officij Custod. omnibus functionibus, quæ fieri solent in Diffin. Patrum de Obseru. ad fuerit ratione sui officij, vt ius præcipit, quibus vnquam nemo interfit, nisi illi; qui Custodes Prouinciales Patrum de Obseru. verè fuerint, ac sint. Et peracto suo officio ab anno 1635. vsque nunc, semper gauisus fuerit Paternitate cum annexis ex titulo Custodiatus, quem ad principium sui officij habuit. Ergo ex tot actibus positiuis factis, ac habitis vi, & intuitu Custodiatus, & Paternitatis, quæ ei data est à iure, & lege indicant, & ostendunt perfectum ius, atque possessionem Paternitat., & præcedentiæ ex iure sibi debito, & non ex liberalitate, & permissione, &c. quæ ei auferri non potest quia non potest homo auferre facultatem datam à lege. vt in l. Titium, & Meuium in princip. ff. de administrat. tut. &c. sine causa, ac seruatis seruandis. Ergo ex dictis iste Pater in perfecta possessione supradictorum est positus, & in ea ex iustitia Manutenendus est.

Ideò, qui aliter dicit, cum hoc sit contra ius, & iuris assistentiam, ac etiam hæc cauillatio sit quid facti, & hoc factum à Contradictore probandum est, qui asserit, istam Paternitatem cum annexis dicto Patri datam fuisse ex liberalitate, & permissione. Cum ex vulgatis iuribus ac ex generali pronuntiato, quòd ei onus probandi incumbit, qui aliquid allegat, tamquam suæ intentionis fundamentum. *L. ei qui ff. de prob. l. actor. C. eod. tit. & l. 1. ff. de except. Mascard. de prob. concl. 1183. n. 2. & concl. 732. per totam vbi Multa. Interim iste Pr. Manutenendus est ex iustitia in sua possessione, &c.* Quare donec à Iudice determinandum erit id, quod clarum est, dictus Pr. Manutenendus est in sua possessione præcedendi ex iustitia, &c.

Tertia Cauillatio. Dicit, extare legem, siue statutum municipale à Reformatis factum, ac etiã apud illos inuenitur Constitutio Vrbani VIII. quæ incipit. *Inter grauissimas &c.* data 23. Augusto, 1634. & alia constitut. eiusdem Pontificis, quæ incipit. *Alias pro congregatione Generali, &c. sub die 22. Decembri* 1642. in quibus præcipitur, quòd idem mandat statutum Reformatorum, scilicet, quòd Reformati peractis eorum officijs, inter se præcedant, & se habeant secundum Religionis habitum.

habitum. Pater .N. fuit Reformatus. Ergo amisit ius præcedendi, & legis priuilegium. Ergo non est in possessione iuris Patribus præcedendi, nec in ea manutenendus.

Respondetur. Dictum Patrem .N. suum ius præcedendi, quod à iure communi habuit, ac habet ratione, ac intuitu Custodiatus Prouincialis non amisisse, ac etiam legibus, statutis, & Constitutionibus Pontificum latis pro Reformatione, & Reformatis, obtemperare non teneri, sed legibus Patrum de Obseruantia, vbi nunc degit, obedire teneri, & astrictum esse.

Primò probatur. Omnes subditi cuiuscumque conditionis sint, degentes in loco, pro quo leges latæ sunt, eas seruare tenentur, & ab eis astricti sunt, non alij, &c. *D. Thom. 1. 2. quæst. 96. art. 5. Sotus de iust. q. 6. art. 7. Azorius. T. 1. lib. 5. cap. 11. Clauis Regia lib. 3. cap. 4. Filiucius T. 2. tract. 21. n. 426.* Iste Pater non est amplius subditus, nec subiectus illius loci Reformatorum, pro quo leges latæ sunt. Ergo eum non afficiunt, vel officiunt, nec eas seruare tenetur, &c.

Secundò probatur. Leges cuiuscumque loci locales sunt, quæ immediatè per se primò communitatem afficiunt, pro qua feruntur, et postea ratione communitatis descendunt ad singulos in illa communitate degentes, vt ad partes illius, vt habetur. *In l. iura. 2. ff. de legib. cap. duæ sunt. 19. quæst. 2.* Vnde lex est influxus quidam capitis in membra corporis Politici, quo mouentur ad terminum boni communis pro quo lex lata est. Et ideò, sicut influxus capitis naturalis non se extendit extra membra corporis naturalis, ita nec lex se extendit extra membra corporis ciuilis. Iste Pater non est amplius de illo capite communitatis, pro quo leges latæ sunt, nec eius Membrum. Ergo illæ leges, siue Constitutiones eum non afficiunt, &c.

Tertiò probatur. Quia vnusquisque iuxta leges sui fori, quas sortitur, iudicandus erit. degens inter Reformatos, Reformatorum legibus, & statutis iudicari debet. Nunc inter Obseruantes degens secundum eorumdem leges est iudicandus. Iste Pater nunc degit inter Obseruantes, vbi datur Paternitas, & præcedentia ijs, qui Custodes Prouinciales fuerunt, hic fuit vere Custos Patrum de Obseruantia, &c. Ergo ei ista ex iure debentur, &c.

Quartò probatur. Ex verbis expressis dictarum Constitutionum Vrbani VIII. ac etiam ex statutis Reformatorum clarè colligitur, istas Constitutiones non extendi extra Reformatos. Quod primò ex eo habe-

tur. Quod lex non obligat, nisi eos, ad quos loquitur, Iuxta illud ad Romanos. 3. *Scimus autem, quoniam quæcumque lex loquitur, ijs, qui in lege sunt, loquitur.* Istæ Constitutiones, & leges Reformatorum loquuntur ad Reformatos. Iste Pater amplius ibi non degit. Ergo, &c.

Quintò probatur. Quia leges, siue statuta non plus extenduntur, quàm extendatur potestas, & iurisdictio legislatoris, & proinde non valet quòad non subditos. *L. 1. §. hæc autem vers. & ideò ff. quod quisque iuris in alter. & l. 1. C. de summa Trinit. vbi Doctores. Et cap. à nobis de sentent. excom. & cap. quod autem de pænit. & remiss. & cap 2. de Constit. in 6. & notant Bald. in l. fin. C. de iurisd. omn. iud. Bart. in l. omnes populi quæst. 1. prin. ff. de iust. & iure. Pasqualig. quæst. 199. n. 2.* Dictus Pater nullo pacto nunc subijcitur legibus, siue statutis factis tunc pro Reformatis, & eorum Custodijs, cum non sit amplius sub potestate legislatoris statutorum Reformatis latorum, quia eius potestas, & iurisdictio ad eum non extenditur, cum Domicilium mutauerit, & non sit amplius sub eius potestate, & iurisdictione. Et à Gregorio XIII. data fuit facultas, & potestas Reformatis, quam ante non habebant, statuta, & ordinationes condendi pro suis Custodijs. in supracitata sua Constit., quæ incipit. cum illius Vicem. vbi sic dicitur. *In ijs autem capitulis vnaquæque Reformatorum Custodia plenam, & absolutam habeat potestatem, quæcumque statuta, & ordinationes, dummodo contra Deum, animam, & Regulam, ac Decreta Concilij Tridentini non sint, iuxta litteras Clementis. VII. prædictas condendi, & statuendi, ac in eos per Ministros Generales, vel Prouinciales, vel eorum Commissarios, aut alios dicti Ordinis Prælatos, quomodolibet impediri valeat.* Ergo potestas, & iurisdictio legislatoris statutorum Reformatorum, non se extendit vltra potestatem, quam supradictus Pontifex Reformatis Concessit, ac dedit. Concessum, ac datum est eis facultas statuta condendi pro suis Custodijs, & ex consequentia pro ibi degentibus, quia supra ipsos potestatem, & iurisdictionem habebant, vt suos subditos. Ergo leges, siue statuta pro se ipsis facta, ad dictum Patrem non pertinent, nec eum afficiunt, vel officiunt, quia non est amplius eius subditus, ac proinde dicta potestas eis data, ac eorum iurisdictio, quòad non subditos non se extendit, nec valet. nunc est sub potestate, & iurisdictione Obseruantium, & ex consequentia eorum statutis, & legibus, sopitis in hoc in Reformatione à legibus municipalibus Reformatorum.

Sextò probatur. Cum enim obligatio legis sit secundum intentionem legislatoris,

legislatoris, ad eos non extenditur, ad quos non se extendit intentio. Prædictæ Constitutiones, sicut omnes leges pro Reformatis latæ, ex intentione Pontificis ad Loca Reformatorum, & Reformatos solum dirigũtur,& ipsi soli respiciuntur ab eiusdem intentione Pontificis, vbi clarè desumitur ex ipsius verbis eos nominando, vbi sic dicitur in prima Constitutione citata. *Quòd de cætero inter eosdem Fratres Minores Sanct. Franc. de Obseruantia Reformatos nuncupatos, nulli illorum ius prçcedendi, &c.* Et in secunda supra citata Constitut. sic dicitur. *Mandamus omnibus, & singulis dicti Ordinis superioribus Reformatis sub suorum officiorum priuationis ipso facto incurrenda pæna, vt prædictum præcedentiæ modum, & ordinem inter eosdem fratres Reformatos, &c.* Vbi expressa intentio Pontificis directa, & manifestata ad solos Reformatos esse videtur. Et rursus declarat Pontifex, se facere in fauorem status Reformatorum, vbi sic dicitur. *Statui quantum in Domino possumus consulere volentes, &c.* Et in secunda Constitutione supracitata sic dicitur. *Prouincijs Reformatis fratrum Ordinis Minorum Sancti Franc. &c.* Ideò intentio Pontificis in istis Constitutionib. fuit præcipere locis Reformatorum, & ibi degentibus, & hoc etiam expresè inuenitur in statutis pro Reformatis latis, vt ista forma, & modus seruetur præcedendi inter Reformatos. Iste Pater non est amplius in locis Reformatorum, nec minus in ijs degit, pro quibus eæ leges latæ sunt. Ergo ad eum non pertinent istæ Constitutiones, ac nulla lex Reformatorũ, nec eum afficiunt, &c. Cum intentio legislatoris extendatur ad solos Reformatos, & eorum loca.

Confirmatur. Quia sicut lex in obligando dependet à Voluntate, & mente legislatoris, ita etiã eius obligatio nõ plus extenditur, quàm extendatur intentio, & mens legislatoris, quæ tanquam potentior Magis attenditur. *L. labeo in fin. ff. de supellect. leg. & l. nominis, & rei §. verbum de verb. signif. & propriet.* Ideò verba legis, siue Constitutionis trahuntur ad mensuram intentionis, & mentis Legislatoris, vt notant. *Oldrad. consil. 9. vers. item cum n. 3. & 4. Federic. de Senis consil. 4. nu. 5. vers. multum est. Ias. consil. 140. lib. 2. Ancharan. consil 219. n. 5. Tusch. litt. M. concl. 199. vbi latè per totam.* Clarum est, & ex verbis Constitutionum, & statutorum Reformatorum. Intentionem, & mentem Pontificis fuisse, ac etiam illorum, qui statuta municipalia pro Reformatis fecerunt, obligare tantùm Reformatos, & degentes in locis Reformatorum, quia pro locis Reformatorum, & ibi degentibus eæ Cõ-

stitutiones, & statuta facta fuerunt. Iste Pater non degit amplius in locis Reformatorum. Ergo, &c.

Confirmatur. Quia Mens Pontificis, ac etiam illorum, qui statuta municipalia pro Reformatis fecerunt, mensuratur à ratione finali; Quia cum non possit Voluntas legislatoris quidquam velle, nisi quatenus mouetur ex fine, taut quod quidquid est volitum in lege, est volitum propter finem. Et ideò intentio legislatoris, ac obligatio legis mensuratur ex ratione finali, itaut non plus extendatur, quàm extendatur ipsa ratio finalis *.L. cum Pater §. dulcissimus .ff.de legat. 2.& .l. adigere §. quamuis ff. de iure patr. & .l. milites agrum .ff. de re milit.* Et quando in lege non reperitur ratio finalis legis, deficit intentio, ac mens legislatoris, atque lex, &c. In istis Constitutionibus, sicut in omnibus statutis pro Reformatis factis, causa finalis Pontificis, ac cuiuscumque legislatoris fuit prouidere indemnitati status Reformatorum, siue pro eorum status conseruatione, vt Reformatos in eodem suo statu conseruare; & hoc perspicuè etiam videtur ex proæmio Constitutionum, & statutorum Reformatorum, cum ex proæmio colligatur expressè mens, & causa finalis legislatoris. *.L. fin. .ff. de hered. instit. & .l. 1. .ff. de maced. cap. ex multa §. secundo requisiuisti de Voto. & notant Tiraquel. tract. cessante causa lim. 1. n. 65. Bart. in .l. fin. n. 3. .ff. de hered. instit. Ias. in .l. si pacto n. 12. .C. de pactis. Mascard. de prob. concl. 1289. Gutierex lib. 1. paract. quæst. 89. n. 3. Maranta P. 2. resp. 45. n. 22. Sanchez de matr. lib. 2. disp. 37. vers. secundo cum multis alijs, quos ipse refert; Barbosa axioma 192. Compendiator Roderici V. lex. n. 49. Lezzana V. leges Regularium n. 37.*

Ideò propter hanc causam finalem istæ Constitutiones Vrbani, & omnia statuta municipalia lata Reformatis fuerunt pro eorumdem statu, & ibi degentibus; & ista fuit legislatoris mens, ac intentio, propter quã omnes leges Reformatorum latę eis sunt. In dicto Patre .N. totaliter cessat causa finalis, quia nunc non degit in eo statu, pro quo istæ leges latæ fuere. Ergo etiam Mens, & intentio legislatoris cessat in obligando dictum Patrem, cum intentio, & mens legislatoris, ac obligatio legis mensuretur ex causa, & ratione finali, quæ in isto Patre totaliter cessat, cum non degat amplius in loco propter quem istæ leges factæ fuerunt. Ergo ad ipsum non pertinent Reformatorum leges. Ergo est in Possessione Paternitatis, & iuris Patribus præcedendi habita à iure communi intuitu, & ratione officij Custodiatus Prouincialis, & vbi

nunc

nunc degit, hac lege, vtatur. Ergo in ea ex iustitia manutenēdus est, &c.

Quarta Cauillatio. A contradictore cauillatur dicendo. Ex inueterata consuetudine inter Reformatos obseruata; quòd ipsi, nec Paternitate, nec præcedentia vtantur, &c. Ergo ex consuetudine iste Pater .N. cum Reformatus fuerit, intuitu Decreti factus Custos, nunc frui non potest inter Obseruantes, nec Paternitate, neque Præcedentia.

Respondetur. Consuetudinem esse alteram legem non scriptam, omnes Doctores affirmant. Ideò sicut lex pro aliquo loco facta, & lata, non pertinet ad alium locum, nisi pro illo, pro quo lata, & facta fuit, afficiens tantummodo illam communitatem, & locum cum ibi degentibus; cum sit localis, extra locum non afficit degentes, & eò minus Domicilium mutantes; omnes Doctores hoc affirmant, & supra probatum est. Similiter, cum consuetudo sit altera lex non scripta, non datur, nec extenditur de casu ad casum, nec de loco ad locum, nec de persona ad personam, nec afficit degentes extra locum, vbi consuetudo introducta fuit, & eò minus Domicilium mutantes. *L. ius singulare, & l. quod vero contra de legib. Bart. in cap. 1. n. 9. de feud. capit. Deciu. consil. 483 n. 2. Purpur. consil. 522. n. 12. Palaus T. 1. tract. 3. disp. 3. pun. 4. §. 1. n. 2. Barbosa in Vot. Dec. lib. 3. V. 102. n. 73. & 76. & V. 102. n. 73. vbi multa. Rota apud Seraph. Dec. 329. n. 2.* Et si intuitu Decreti vt Reformatus factus fuit Custos Vocalis; hoc euenit, vt sæpè dictum fuit, ad adimplendam accidentalem formam alternatiuam Decreti, pro satisfactione Partis Reformatorum. Sed ex præcepto Regulæ, Constitutionum, & Ordinis statutorum, vt vnus ex Membris Obseruantium, & Partibus Prouinciæ fuit Custos Prouincialis præcisè Patrum de Obseruantia, & totius Prouinciæ ab ipsis, & pro ipsis factus vi, & præcepto statuti Generalis præcipientis dari debere Paternitatem, & præcedentiam inter Patres. Dictus Pater non est amplius in loco vbi consuetudo fuit, ac est introducta, & obseruata, dato, quòd sit consuetudo obligans, quod negatur, cum Domicilium mutauerit. Est, & inuenitur in loco, à quo, & propter quem factus fuit eius Custos Prouincialis, in quo ex iure, & consuetudine datur Paternitas, & præcedentia ijs, qui Custodes Prouinciales fuerunt. Iste Pater fuit verè Custos Prouincialis Obseruantium. Ergo ex iure, & ex iustitia ei debetur Paternitas, & præcedentia inter Patres, ac in ea manuteneri debet ex iustitia.

Quinta Cauillatio. Dicit. Reformatos renuntiare ius suum præcedendi,

di,

di, itaut peractis eorum officijs, secundum Religionis Ordinem præcedant. Dictus Pater fuit Reformatus, hanc renuntiationem fecit, Ergo nunc inter Obseruantes, aliam præcedentiam habere non potest, nisi secundum Religionis ordinem. Ergo non est in possessione Patribus præcedendi.

Respondetur. Multa verbis dici, quæ subsistentiam, & veritatem non habent, cum probandum sit, quod dicitur, legibus, vel rationibus, seu Doctorum auctoritatibus ad propositum allegatis. Quia allegare nihil, & allegatum non probare paria sunt, nec sufficit dicere, sic est, vel non est, &c. *Cap. dilecti de exceptionib. Felin. in cap. cum dilectus. n. 6. de accusat. Menoch. de recup. poss. rem. 2. n. 178. & rem. 15. n. 403. Barbosa axioma 191. n. 1. vbi more suo multa iura, & Doctores.* Et sic intelligitur id, quod vulgo dici solet. Erubescimus cum sine lege, & ratione loquimur. *L. illam. C. de collation. authen. de trien. & semiss. §. consideremus. collat. 3. Barbosa axioma. 83. Et sic intelligendum est.* Ideò dicitur, & probatur. Reformatos nullam renuntiationem facere iuris sui præcedendi, quod eis à statuto Generali tribuitur ratione alicuius officij habiti ab Obseruantibus, & pro ipsis functi. Ratio est, quia tantùm modo legem municipalem habent pro degentibus in Reformatione ab ipsis factam, præcipientem talem ordinem, & formam seruandam in sessionibus inter Reformatos. Quæ lex non est renuntiatio; sed est, & vocatur lex præceptiua localis præcipiens talem modum seruandum in sessionibus, afficiens tantùmmodo degentes in loco, pro quo lata est. Quia est magna differentia inter legem præceptiuam aliquid faciendum, vel non faciendum, & inter renuntiationem, vt Viri Docti sciunt. Qua de causa ad faciendam istam renuntiationem sui iuris præcedendi, debebant Reformati positiuis, & claris verbis, siue per se, siue per alium cum suo consensu, idest per legem verbis expressis istam renuntiationem facere. Quod in nullo statuto, siue lege, vel constitutione reperitur, nec inuenitur tunc, sicut nec nunc ista renuntiatio formalis, quam Contradictor suo capite Reformatos facere asserit. Quare constare debet, & ostendenda est ista renuntiatio à contrarium dicente facta à Reformatis in eorum statutis; Ratio est. Quia non præsumitur ista renuntiatio, nisi constare expresè videtur, cum sit odiosa. Quia cum renuntiatio proprij iuris sit quædam donatio, præsumi non potest, nisi de ea constet, & probetur. *L. cum indebito. ff. de prob. & Notant Ripa in .l. si unquam. q. 11.*

*de deuot.*

*de denot.* *Crauett consil.* 290. *verf. quarto non præsumitur. Menoch. de arb. casu.* 436. *n.* 7. *cum ibi allegatis. Mascard. de prob. concl.* 1269. *num* 1. Tum quia nunquam alicui videtur renuntiatum, nisi quatenus positiuè, et patenter expressum sit. *L. præcipimus in fin. C. de appellat. Mascardus de prob. concl.* 1269. *n.* 12. *vbi multa.* Tum quia, cum renuntiatio sit stricti iuris, et euitari quantum fieri potest debeat, eius præsumptio, nisi expressè de ea constet, et semper interpetranda est, vt non sit facta, nisi patenter de ea appareat, et loquatur, etc. *Mascardus de probat. concl.* 1269. *n.* 4. *vbi multa iura, & Doctores.*

Dato, & non concesso, Reformatos veram renuntiationem facere sui iuris præcedendi, &c. vt Contradictor asserit, gratis tamen. Nunc ad dictum Patrem non pertinet ista renuntiatio, nec eum afficit, vel officit. Ratio est. Quia illa renuntiatio fuit, ac est facta à Reformatis intuitu, et ratione loci Reformatorum, et inquantum sunt Reformati, afficiens tantummodo degentes in loco, pro quo, et in quo ista renuntiatio facta fuit, non degentes extra locum, et eò minus Domicilium mutantes. Iste Pater non degit amplius in loco, in quo, et pro quo præcisè ista renuntiatio facta fuit, cum Domicilium mutauerit, sed degit inter Obseruantes, à quibus, et pro quibus fuit electus, et factus Custos Prouincialis, ex quo officio nascitur, oritur, et datur à iure Paternitas, et inter Patres præcedentia, et hic ijs fruitur. Ergo ad eum non pertinet ista renuntiatio somniata à Contradictore, nec ab ea afficitur, &c.

Superius dixi. Renuntiationem sui iuris quandam donationem esse. Ideò donatio non præsumitur, nisi ostendatur, & probetur. *Menoch. de arb. casu.* 88. *per totam. Mascard. de prob. conclu.* 45. *per totam, & concl* 126. *n.* 2. *cum ibi allegatis.* De renuntiationibus, quæ aliquando fiunt, & quę conditiones requiruntur. Videantur supradicti. *Menoch. & Mascard. & Azorius P.* 1. *lib.* 5. *cap.* 22. *n.* 10 *Bonacina de legib. disp.* 1. *quęst.* 3. *pun* 8. §. 4. *Layman P.* 1. *tract.* 4. *cap.* 23. *n.* 20. *Palaus P.* 1. *tract.* 3. *disp.* 4. *pun.* 17. *Lezzana in V. renuntiatio inter Religiosos cum allegatis ab istis, & passim Doctores de legib. & priuileg. tractantes.*

Ex dictis clarè visum fuit. Reformatos non renuntiare suum ius præcedendi habitum à Generali statuto intuitu alicuius officij habiti à Patribus Obseruantibus, & pro ipsis functi. Ideò iste Pater .N. cum habuerit officium Custodiatus à Patribus Obseruantibus, & pro ipsis eo functus fuerit, cui à iure, & statuto Generali datur Paternitas, & præ-

cedentia,

cedentia, quæ in Reformatione sopita erat à statuto municipali Reformatorum; quod non est, nec vocatur renuntiatio; sed est lex præceptiua localis, non pænalis; nunc est in loco, vbi statutum Generale viget, & eo fruitur. Ergo ei debetur Paternitas, & præcedentia, cum sit in perfecta possessione, vt supra visum fuit, ac in ea ex iustitia manutenendus est.

Sexta Cauillatio. Opponitur à Contrad. Extare statutum Generale datum Cismontanis familijs, pag. 166. vbi sic dicitur. *Quo casu, Custodis loco, quem legitimè impediri contigerit, per Ministrum, & vocales, si adhuc in capitulo fuerint, vel si post capitulum per habentes votum in Diffinitorio alius eligi, vel deputari possit. Et alio loco pag. 216 si dicitur. Si verò eorũ quempiam aut mori, aut legitimo impedimento detineri cõtigerit, quominus ad cõmitia Generalia accedere possit, ipso facto officio huiusmodi absolutus intelligatur, & alius eius loco per Prouincialem Ministrũ, & Patres Prouinciæ, Discretos perpetuos, & Diffinitores pro tẽpore existente eligatur.*

Ideò iste Pater fuit legitimè impeditus Barcinon, quominus ad commitia Generalia accedere poterat, ergo ex lege statuti fuit absolutus ex officio Custodiatus. Ergo non est in possessione præcedendi, &c.

Respondetur. Contradictor superius negat, statuta Generalia ad istum Patrem pertinere, sed malè, & hìc asserit, ipso statuto obstrictum esse; vt re vera est in omnibus statutis Cismontanæ familiæ, &c.

Tamen dicimus. Quamuis iste Pater ad commitia Generalia non accesserit ex impedimento ei facto in illa Ciuitate, cum iam extra Prouinciam discesserit, ac iter arripuerit eundi causa ad commitia Generalia, & Deus scit quot pericula, & quantas calamitates passus fuerit, ac Barcinon retentus fuerit, propter hoc non incidit in statuti pænã, sed permansit ex iure in suo Custodiatus officio in ipsum continuando post Hispaniæ reuersionem, ac fuit peracto officio ab anno 1635. vsque nunc, & est Prouinciæ Pater ex statuto Generali, ac in perfecta possessione Paternitatis, & præcedentiæ.

Probatur. Ex verbis statuti clarè conijcitur, & videtur à mente sana, & intelligente. Statutum intelligere de impedimento, quod euenire possit, et solet ante eius discessionem à Prouincia, et in tempore, quo fieri, aut eligi possit alius Custos, quod in nostra cauillatione non est ita. Cum iam iste Pater Custos cum suo Ministro à Prouincia discesserit, & iter cæperit accedendi causa ad commitia Generalia, incipiendo statuti præceptum, ac ei obtemperando, & Barcinon appulsus, ibi retentus

tentus

tentus fuit cum suo Ministro, et amplius triginta Vocalibus. Ac etiã, quia non erat amplius tempus oportunum ad alium Custodem subrogandum eundi causa ad commitia Generalia. Primò, quia Ministe r à Prouincia absuerat, cum iam ab ea discessisset, et sine illo non poterat alius Custos eligi ex statuto. Secundò, quia tempus non aderat ad hoc faciendum. Tertiò, quia iste Custos cum iter arripuerit accedendi causa ad commitia Generalia cępit statim pręceptum statuti adimplere, et hac de causa ius acquisiuit in isto exordio, siue principio adimpletionis statuti, quod ius ex aliorum malitia, ex iure, priuari non debet, nec potest. Ergo statutum non intellexit, nec intelligit de isto impedimento, quod extra Prouinciam euenit ex aliorum malitia. Ideò iste Pater in itinere incepto accedendi causa ad capitulum Generale fuit detentus, ac impeditus ex aliorum malitia, fecit, quod potuit. Ergo legem, et statutum adimpleuit. Cum in iure ab omnibus acceptum sit: Quoties per eum, cuius interest conditionem implere, fit, quominus impletur, vt perinde habeatur, ac si impletum fuisset. *Inquit Iulianus lib. 55. digest. & l. iure ciuili. 24. de cond. & demostr. text. in l. iure ciuili. 122. ff. de reg. iuris d. l. post. 5. §. item si qua conditio. ff. quãdo dies legati cedat. Surd. consil. 374. n. 2. & 4. & 7. Vol. 3. Carocius Dec. 51. n. 13. Grãmat. Dec. 102. n. 107. Cressent. Dec. 16. n. 2. de rescrip. Rota Dec. 395. n. 2. P. 1. diuersor. Maranta P. 2. resp 9. n. 56.* Tum quia habetur in lege pro facto id, quod fieri debet, si per eum non stet, quin fiat. *Lanarius consil. 20. n. 20. Ioann. Merl. Dec. lucens. 14. n. 3. Parisius lib. 11. quæst. 13. à n. 95. Gasp. Ant. Thesau. foren. quæst. lib. 1. qu. 88. n. 6. de Ponte Dec. 24. n. 17. Maranta P. 2. resp. 9. n. 57.*

Ratio est, quia imputari non debet isti Patri Custodi ille actus ex aliorum malitia factus, per quem non stat, si non faciat, quod per eum fuerat faciendum; *De reg. iu. in 6. reg. 41. & ibi Barbosa.*

Confirmatur. Tunc nullus alius Custos subrogatus fuit pro isto Custode impedito, vt statutũ pręcipit, quia duo in statuto præcipiuntur coniunctiuè, vnum, quod Custos impeditus sit absolutus ab officio, & alterum, vt alius subrogetur, & sit factus in loco impediti; tunc nullus alius fuit factus; sed potius ex Hispania reuersus, officium Custodiarus prosecutus fuit, vt prius fecerat, interessendo functionibus Diffinitorij, vt eius Custos Prouincialis, vt euenit in Congregatione .N. facta, ac etiam in capitulo .N. celebrato anno 1635. qui, vt Custos interfuit omnibus functionibus in Diffinitorio factis ante officialium

H electionem,

electionem, & omnia in illo capitulo gessit, vt Custos Vocalis Obseruantium, vbi omnes Prouinciæ Patres aderant, & omnes capituli Vocales, & alij Fratres, nec vllus de hoc aliquid dixit, nec os aperuit, sed ab omnibus habitus, & Vocatus Custos Prouincialis, & ab illo tempore vsque nunc Prouinciæ Pater. Debebat tunc Contradictor opponere, &c. Et non nunc istam cauillationem inuenire, cum sit facta perfecta præscriptio de euidenti veritate Possessionis Paternitatis, & præcedentiæ habitæ à iure, ratione, & intuitu Custodiatus Prouincialis.

Dato, & non concesso, ad maiorem veritatem enucleandam. Quòd statutum de impedimento istius Custodis intelligatur, itaut nulla causa, siue iusta excusatione eximi possit à statuto, quod totaliter ex iure negatur ex superius dictis, adhuc tamen contra istum Patrem Custodem nihil operaretur illa statuti pœna, non secuta sententia Iudicis declaratoria, qui declarare debebat, istum Custodem in dicta statuti pœna incurrisse, & postea alium Custodem eligere, quæ certissimè, & peculiariter in nostro casu desiderabantur, & requirebantur. Quia, vt communi torrente Doctores docent, ac eius scriptis reliquerunt; quod non sortiatur suum effectum, quò ad pęnam alicuius legis, nec in ea incurratur, exceptis censuris, nisi præcedat sententia declaratoria, talem in legis pęna incurrisse, ac incidisse. *Ita Bald. in cap. 1. de feudo sine culpa amitt. Ioann. And. in cap. pro humani de homicid. in 6. Deciu. in cap. 1. n. 73. in prim. lett. de constit. Marsil. in pract. §. aggredior n. 105. cum seq. Pichard. in tract. de mora n. 41. Tusch. litt. D. concl. 98. n. 12. & litt. P. concl. 238. n. 9. 15. 17. & 19. Nauar. cap. 26. n. 66. Sotus de iust. lib. 1. quæst. 6. concl. 1. Molina de iust. T. 2. disp. 95. vers. contrariam sententiam. Suarez de legib. lib. 5. cap. 8. n. 3. cum seq. Salas de legib. quæst. 96. tract. 14. disp. 15. quæst. 2. n. 33. vers. quare leges illæ. Barbosa in Votis Dec. lib. 2. Voto 47. n. 48. Sanchez alios multos plena manu referens in Decalogo lib. 1. cap. 22. n. 7. cum seq. Sigismund. à Bonon. de elect. dub. 90. n. 5. Pasqualigus multos Doctores congerens quæst. 137. n. 4. Farinacius in fragm. crim. P. 2. litt. L. n. 108. & 157.* Vbi dicit, quòd, quando pęna imponitur ipso iure, non solum illa incurritur, nisi præcedente Iudicis declaratoria, sed etiam ab eadem declaratoria datur appellatio; *Et post. T. 1. consilior. crimin. Dec. 15. n. 8. 9. & Dec. 16. per totam. & lib. 3. consil. 205. nu. 18. cum seq.* Asserens cum supradictis Doctoribus, Quod omnia iura mundi dicentia aliquid ipso iure fieri, intelligenda sunt secuta declaratione. *Idem Rota Dec. 255. n. 2. P. 1. recent.* Itaut, supradicta adeò vera

sunt,

sunt, vt dum non fertur declaratoria sententia Reus, tam verus, siue vocatus, vel præsumptus, siue ex delicto, siue ex non, &c. quoad statum personæ; bonorum, & iurium, ac officij possessionem maneat in sua integritate; *Peregrin. de iure fisci. lib. 4. tit. 6. n. 87. Nuguerol. alleg. iuris tit. 1. alleg 12. n. 78. Barbosa in Votis dec. lib. 2. V. 47. n. 86.* Ratio est. Quia pęnæ impositio ipso facto incurrendæ habet vim sententiæ condemnatoriæ, sententia autem condemnatoria non potest locum habere, nisi in iudicio constet de crimine, siue causa, propter quam illa priuatio, siue pęna datur, &, vt sententia condemnatoria locum legis habeat; debet crimen, siue causa deduci ad iudicium, & declarari, pro vt de iure, &c.

Ab anno 1633. vsque nunc à nemine Iudice ista causa impedimenti declarata fuit intelligenda esset de impedimento à statuto dicto; &c. Ideò cum ab illo anno 1633. vsq; nunc iste Pater gauisus fuerit Paternitate Prouinciæ cum annexis. Ergo facta est perfecta præscriptio; vt infra, ac est in perfecta possessione, & in ea manutenendus est.

Septima Cauillatio. Dicet, dictum Patrem N. processionibus, quæ Venetijs fieri solent, vnquam profectum fuisse, nec ad fuisse, cum ibi degeret, esset hac de causa præcedentiam, ac ius præcedendi Patribus amisisse, quòad omnes Patres, tam præsentes, quam futuros. quia qui non vtitur suo Priuilegio, illud amittit, &c. Ergo non est in Possessione, &c.

Respondetur. Quamuis iste Pater vnquam processionibus perrexerit, nec ad fuerit, propter hoc, ius, quod habuit, ac habet à iure communi, & statuto Patribus præcedendi, intuitu, & ratione Custodiatus Prouincialis, hanc facultatem habentis, non amisit, nec etiam vnquam amittet.

Probatur. Pergere, vel non pergere ad processiones, vel ibi adesse, vel non adesse est facultas, quam iste Pater habet, qua vti potest, si vellet. Quia est vniuersale, & tritum in iure, & ab omnibus Doctoribus acceptum. Quòd in facultatiuis, siue in non vsu facultatis, consuetudo, siue præscriptio non datur, nec in iuribus negatiuis, vt est hoc, quod ad processiones, siue Sessiones iste Pater profectus non fuit, quia præscriptio non fit sine aliquo positiuo actu præscribentis, qui fieri debet positiuo modo, non negatiuo. Idest dum quis conetur aliquid facere pertinens ad illam facultatem, quam habet, & aliquis pręsens positiuè illi vetuit, ac prohibet, ne ipse tali facultate vtatur, & ex hac

prohibitione positiua illi facta, desistit, & totaliter acquiescit per decennium, nolens amplius illa facultate, vti, habens se pro spoliato, tunc amittit suum ius illa facultate vtendi. *Secund. Gloss. celebrem in l. qui luminibus de seruit. vrb. præd. l. sequitur §. siuiam. ff. de vsucap. Bart. in l. quominus n. 12. ff. de flumin. Surd. consil. 127. n. 81. 82. Deciu. Dec. 175. sub n. 6. vers. preterea licet. Menoch. de arb. casu. 160. n. 6. cum seq. Gratian. discept foren. cap. 89. n. 13. Barbosa in cap. cum personæ. de priuileg. in 6. multa congerens. Idem in Vot. Dec. lib. 3. V. 76. n. 64. Soarez de leg. lib. 8. cap. 34. n. 16. Tamburinius de iure Abb. T. 1. quæst. 8. disp. 15. n. 20. Caputaq. Dec. 306. n. 7. P. 1. & Dec. 417. n. 2. Portius de manut. obser. 10. n. 99. alios referens & post tract. Dec. 154. n. 3. & 186. n. 7. & 8. & 321. n. 32. Rota P. 2. recent. Dec. 536 & 335. & P. 1. diuersor. Dec. 798. n. 5. & coram Greg. XV. Dec. 162. n. 6. & apud Cuccinum Dec. 02. n. 10. Moronus resp. 27. n. 6. vbi alia iura. & Doctores cumulat. & omnes.*

Isti Patri vnquam facta fuit à nemine ista positiua prohibitio, & quod ipse acquieuerit, sed potius semper querimonias fecerit, ac conquestus fuerit de hoc, &c. Ergo non amisit suum ius præcedendi inter Patres, quod à iure communi, & statuto habuit intuitu Custodiatus Prouincialis, & principio sui officij.

Dicet iterum. Quod Iste Pater oretenus sæpè, ac etiam in scripturis confessus fuit, processionibus, vel sessionibus non accessisse, vel ad fuisse, quia aliqui ei nolebant præcedentiam dare. Ergo acquieuit, ergo facta est præscriptio. Ergo ius præcedendi, quod ei conuenit, amisit.

Respondetur. Quòd dictus Pater, quamuis confesus sit, aliquos Patres præcedentiam ei dare noluisse, ac nolle, propter hoc non facta fuit ipsi Patri positiua prohibitio, & eò minus nunquam aquieuit, nec vnquam acquiescet, nec ius præcedendi amisit.

Probatur. Quia ad effectum, vt amittatur ius alicuius rei facultatiuæ, & inducatur contraria quasi possessio in dictis facultatiuis ex præscriptione duo requiruntur. Primò prohibitio actualis positiua, siue verbalis ab aliquo facta nō ex eius relatione, & secundò acquiescentia voluntaria possidentis, &c. *Franc. in cap. significante n. 3. de appell. Felin. in cap. Pastoralis n. 3. de off. Iud. Ord. Castrus in l. qui luminib. n. 2. vers. tamen. ff. de seru. vrb. præd. Grauet. consil. 111. n. 25. Afflict. consil. 186. n. 8. & Doctores supra allegati.* Ratio est. Quia ad incipiendam istam præscriptioné requiritur aliquis actus positiuus factus, vt in nostro quæsito, si iste Pater ad processiones, vel sessiones accessisset, & facta ei fuisset posi-

set positiua prohibitio, & ipse prohibitioni acquieuerit volūtariè tunc incepta fuerit præscriptio. Quia in incorporalibus non est aliud quasi possessio, necessaria ad faciendam præscriptionem cum tempore, quam quidam vsus cum scientia, & patientia aduersarij. *L. penult. ff. de seruit. l. 2. C. eodem. Puteu. Dec. 276. n. 3. lib. 1. Rota apud Cuccinum Dec. 52. n. 3. Post. de man. Obser. 40. n. 9. cum ibi alleg.*

Clarum est, & euidens ex iure, vsum acquiri non posse nisi ex actibus positiuis non negatiuis. Quod iste Pater in eadem ciuitate, siue in eodem Monasterio degat, & non pergat ad processiones, ac illi facta non fuerit prohibitio positiua, quamuis ipse ex relatione sciebat, aliquos dixisse ei dare nolle præcedentiam, &c. Iste actus est negatiuus non positiuus. Cum ad possessionem quasi faciendam requiratur vsus, vsus non acquiritur, nisi ex actibus positiuis.

Ergo contra istum Patrem, nulla quasi possessio facta fuit ei præcedendi ex isto actu negatiuo, quòd ad processiones, & sessiones nō perrexerit, nec pergat; &c. Ergo est in possessione sui iuris Patribus præcedendi, & eò amplius cum isto tempore ab aliquibus Patribus præcedentiam habuit. Ergo in ea ex iustitia manutenendus est.

Quare si contradictor forsitan contrarium dicet, vel asserat, quod non credo, istam prohibitionem positiuam isti Patri factam fuisse, & quòd ipse acquieuerit, & se habuit pro spoliato incumbit onus probādi, &c. interim iste Pater est in Possessione, et in ea ex iustitia manuteneri debet, vt ille, qui fuit Custos Prouincialis, hoc ius à statuto habens, & consuetudine *Mascard. de prob. concl. 1201. n. 1. Barb. sa in Votis Dec. lib 2. V. 41. n. 40. Postius de man. Obser. 17. n. 23. & post trac. Dec. 217. n. 49. & Obser. 18. n. 28. Rota diuersor. Dec. 327. n. 4. & 347. n. 3. P. 4.*

Exemplo dicta comprobamus. Romæ, Venetijs, & alijs mundi partibus, vbi sunt Oratores Hispaniarum, et Oratores Galliæ. Quando Orator Gallus ad processiones, et functiones publicas pergit, nunquam insimul vadit Orator Hispanus. Quia scit, Oratorem Gallum illi præcedentiam dare nolle, & hac de causa ad declinandas contentiones, nūquam pergit, &c. dicatur mihi. An dato. Quòd Orator Hispanus ius habeat præcedendi Oratori Gallo; an dico ex illo actu negatiuo, sine vlla prohibitione positiua, et acquiescentia, nō eundi ad processiones, et publicas functiones cum Oratore Gallo, ac etiam ex illa scientia certa, quam habet, ipsum ei dare nolle præcedentiam, propter quod Orator Hispanus vmquam ad istas functiones publicas pergit cum

Oratore

Oratore Gallo, quamuis sit in eadem Ciuitate, amittat suum ius præcedendi, &c.? Quis hoc affirmare ausus fuerit, nisi insanus esset? Sic isti Patri applicandum est, cum currat eadem, ac etiam maior ratio.

Octaua Cauillatio, hic à contrad. valdè cauillatur dicens. Dictum Patrem .N. in capitulo .N. præcedentiam dedisse Patri. B. olim Diffinitori. Ergo possessionem iuris præcedendi Patribus amisit, non tantù, quò ad istum.

Patrem, sed etiam, quò ad omnes Patres præsentes, & futuros, quia iste Pater pro Omnibus possessionem præcedendi præscripsit contra Patrem .N.

Respondetur. Dictum Patrem .N. suum ius quæsitum, siue possessionem iuris præcedendi habiti à principio sui officij Custodiatus ex eius titulo à iure, & lege non amisisse, quamuis eam concessit Dicto Patri B. qui fuit Diffinitor, hanc ei tribuens ex permissione, familiaritate, et amicitia, non solùm, quò ad dictum Patrem, sed eò minus, quò ad alios, &c.

Probatur. Quia ex illa præcedentia paucis vicibus in illo capitulo concessa .d. Patri.B. ex permissione, & amicitia, siue facultate, non acquiritur ius quæsitum, nec vocatur possessio, & eò minus iste est, positus in possessione, nec est sufficiens ad præscribendum. Ratio est. Quia ea, quæ fiunt, & conceduntur iure familiaritatis, amicitiæ, et permissionis facultatiuæ, nunquam aliquem constituunt in possessione, siue quasi ad præscribendum. *Per .l. qui iure familiaritatis .ff. de acquiren. possess. Innocen. in cap. bonę mem. el. 2. n. 1. post princip. de p. stul. prelat. & in cap. cum Ecclesia sutrina n. 5. de causa possess. vbi Panorm. n. 4. cum seq. vers. tertio requiritur. Et Barbosa. Alex. consil. 50. n. 8. lib. 3. Hippol. Rimin. consil 26. n. 47. cum seq. & 34. n. 28. cum seq. lib. 1. & consil. 58. n. 50. vol. 5. Mandel. Alba consil. 62. n. 38. Vol. 1. & consil. 777. n. 16. lib. 4. Nicol. Bellon. consil. 1. n. 15. & 8. n. 15. Petru Antioli in tract. de Manerib. & honoribus P. 2. §. restat. n. 16. 17. Bald. de præscript. P. 2. quartæ partis principio quęst. 1. n. 9. Capol. de seruit. Vrb. prad. cap. 10. n. 1. Alberic. in rub. ff. de Muneribus. & honoribus n. 26 Barbosa in Vot. Dec. lib. 3. V. 76. n. 124. & V. 126. n. 157. vbi multa, & omnes.*

Quare tunc in illo capit. concessa fuit Patri. B. præcedentia ex permissione facultatiua, vel amicitia. Ergo possessionem non acquisiuit. ad præscribendum contra .d. Patrem .N.

Ideò supradicti Doctores resoluunt de iure. Quòd, si aliquis vult probare, quod

re, quod erat in possessione alicuius iuris, puta seruitutis, itineris, iuris Hospitandi, vel iuris præcedendi; non sufficit probare, quòd ibi per fundum sciente Domino, & patiente transiuit, aut quòd mille vicibus in Domo tua fuerit Hospitatus, vel præcedentiam habuerit, nisi expresse etiam probet, quòd ea illi data fuerit, tamquam iure sibi debito ex aliquo titulo habito ratione alicuius oneris, siue Dignitatis. Vt in cauillatione secunda probata ex iure fuit possessio Paternitatis, & præcedentiæ inter Patres ex titulo Custodiatus dicti Patris .N. *& sequitur Ripa in .d. cap. n. 39. 41. & 56. & idē tenent Paris. consilio. 27. n. 110. cum seq. & Innocen. in .d. cap. bone. n. 1. post princ. Vbi expressè notant cum communi Doctorum calculo*. Quod etiam per mille actus, qui fieri solent iure familiaritatis, & amicitiæ vnquam acquiritur possesio, vel quasi. Ratio est. Quia illa vocantur, & sunt facultatiua, & concessa ex facultatiua permissione, & amicitia, quando ex nullo titulo ista ei debentur, vel dantur. Ex quo titulo, te quæso, vis, quòd ille, qui fuit Diffinitor præcedentiam habeat ab illo, qui Custos Prouincialis extitit? cum ius, et statutum aliter præcipiat, et ille ratione Diffinitoriatus ius quæsitum habeat præcedēdi omnibus suis inferioribus, exceptis illis, qui Ministri, & Custodes Prouinciales fuerunt. Quomodo, Bone Deus, vult Contradictor. istum Patrem .B. ex illis paucis vicibus ei concessis ex permissione facultatiua non solum possessionem acquisiuisse, sed etiam possessionem præscriptam fecisse? & quod est tremendum, etiam quòad omnes. PP. præsentes, & futuros?

Dato, & nunquam concesso, Patrem. B. perfectam possessionem habuisse præcedendi. d. P. N. tamen ista non est, nec vocatur possessio, sed est, & vocatur occupatio, quia est contra ius, & iuris assistentiam, &c. Vt probatum fuit. Dato etiam, quòd perfectam possessionem præcedendi Dicto Patri .N. habuerit, tamen ista nuda possessio non est sufficiens ad præscribendum, quia requiruntur aliæ conditiones, quæ sunt, titulus, bona fides, & tempus; quòd vna deficiente corruit præscriptio, vt infra probabitur. Iterum dato, & non concesso, Patrem. B. perfectam possessionem præscriptam habuisse, ac fecisse, habereque contra dictum Patrem .N. quod toto cęlo ex iure, & facto negatur, non sequitur, alios Patres tam præsentes, quam futuros istam præscriptam possessionem iuris præcedendi isti Patri .N. habuisse, ac fecisse; Ratio est, quia præscriptio est personalis, & non datur de vna persona ad aliam, nec de vno casu ad alium, quia in hoc nulla admittitur extensio, cum

fit

sit odiosa, & odia sunt restringenda. *Rota coram Gypsio. & apud Seraphi Dec. 802. n. 6. & 908. n. 4. Bald. in tract. de præscript. fol. 13. Naldus. V. præscript. n. 9. Moronus resp. 100. n. 22. Barbosa axioma 185 n. 2.*

Quare, ista data, & non concessa posita fuerunt, ad expresse contradictorem conuincendum, &c. Sed, vt probatum fuit, nec Pater. B. nec vllus alius possessionem præcedendi Patri. N. habuit, nec habet, & eò minus præscriptam. Cum illi, qui officio Diffinitoriatus functi sunt ex eius titulo à iure, & cõsuetudine quæsitum, quod acquisiuere à principio sui officij, & possessionem præscriptam habeant præcedendi omnibus, exceptis illis, qui Min. & Custodes Prouinciales extiterunt, vt dictus Pater. N. fuit, cum isti ex titulo Ministeriatus, & Custodiatus, habeant ius quæsitum habitum à principio sui officij, & perfectam possessionem præscritam à iure, & consuetudine præcedendi illis, qui Diffinitores extiterunt. Quomodo ergo ausus est affirmare Contradictor. Classem Patrum in possessione præscripta iuris præcedendi dicto Patri. N. esse, cum possessione, titulo, bona fide, & tempore careat, &c. Vt Viri Docti sciunt. Et hìc infra de hoc iterum redibit sermo. Et persistens Contradictor in sua affirmatiua, hoc ab eo est probandũ. Interim iste Pater. N. in sua possessione Paternitatis, & præcedentiæ inter Patres ex iustitia manutenendus est.

Nona Cauillatio. Dicet. Classem Patrum in possessione præscripta esse iuris pręcedẽdi dicto Patri. N. ratione & titulo Diffinitoriatus. Et quòd dictus Pater. N. in nulla possessione esset Patribus præcedendi, cum vnquam fuerit sessionibus, & processionibus, & quia ab aliquibus nunquam præcedentiam habuit; cum ex iure habeatur, tantum præscriptũ, quantum possessum. Ergo non est in possessione iuris Patribus præcedendi, nec in ea manuteneri debet; sicut Patres &c.

Respondetur. Dicendo. Classem Patrum possessionem naturalem, & eò minus præscriptam iuris præcedendi isti Patri vnquam habuisse, nec habere, vt illi, qui verè fuit Custos Prouincialis præcisè Patrum de Obseruantia, & totius Prouinciæ. Et hoc nec à principio sui officij Diffinitoriatus, nec ex actibus positiuis contrarijs factis, &c. Sed è cõtra. Ipsummet Patrem perfectam possessionem naturalem præscriptam iuris Patribus præcedendi habere. Quæ omnia probantur.

Quo ad primum respondetur. In primis sciendum est ad possessionem præscriptam faciendam, siue ad aliquid præscribendum. Quatuor conditiones necessariè requiruntur, vna deficiente, corruit præscriptio,

*Maranta*

*Maranta P.1. resp.26. n.1. vbi multa iura, & Doctores*. Et tunc non est, nec vocatur possessio, sed occupatio. Omnes Doctores, &c.

Prima condit. requiritur possessio, quia sine possessione præscriptio non procedit, de reg. iuris in 6. & DD.

Secun. Titulus verus, vel præsumptus ex cap. si diligenti de præscript. & omnes DD.

Tert. Bona fides, quia possessor malæ fidei vnquam præscribit, de reg. iuris in 6. & omnes DD.

Quart. Tempus à lege determinatum. Instit. de vsucap. in prin. l. vnica. C. de vsucap. Trasfer. & omnes. Enucleandum, ac videndum est, an ista præscripta possessio à Contradictore verbis tantum affirmata, omnes istas conditiones habeat? cum vna deficiente pręscriptio corruat.

Prima conditio est possessio, quia sine possessione naturali, cum requisitis, præscriptio nunquam procedit de reg. iuris in 6. & omnes Doctores, & in iure est indubitatum. Sciendum est, & memoria tenendum, quòd in incorporalibus, & peculiariter in possessione nostri quæsiti, dupliciter, vel duobus modis possessio acquiritur. Primo modo, quando aliquis aliquod officium, siue dignitatem habet, siue acquirit. Quare, capta à principio possessione illius officij, vel dignitatis, & eò amplius aliquas functiones exercendo pertinentes ad illam dignitatem, statim acquiritur possessio naturalis omniũ iurium illę dignitati pertinentiũ, siue præcedentiæ, siue quorumcumque aliorum iurium, quę postea ista possessio naturalis conseruatur possessione ciuili, idest animo sua habendi, &c. vt supra visum, et probatum fuit. Secundo modo, acquiritur possessio naturalis, quando aliquis positiuè agendo, idest, vt in nostro quæsito præcedentiæ, actibus positiuis, non negatiuis, diuersis vicibus alicui præcedit in actu, etc. Ideò classis Patrum in nullis istis duobus modis possessionem naturalem iuris præcedendi habuit, nec habet. quæ est necessarijssima ad præscribendum, etc.

Probatur. Primo modo possessionem naturalem iuris præcedendi isti Patri nõ habuit, nec acquisiuit, quia Patres à principio sui Diffinitoriatus possessionem naturalem habere cæperunt ex titulo Diffinitoriatus iuris præcedendi omnibus ipsis inferioribus, non superioribus illorum, qui sunt illi, qui fuerunt Ministri, & Custodes Prouinciales. Iste Pater fuit Custos Prouincialis Patrum de Obseruantia præcisè, & totius Prouinciæ, vt in prima quæstione probatum fuit; ergo est superior ex iure illis, qui Diffinitores extiterunt. Ergo nullam possessionem na-

turalem à principio sui officij Diffinitoriatus iuris præcedendi isti Patri habuerunt, cum hoc esset contra iuris assistentiam.

Neque secundo modo. Classis Patrum possessionem naturalem isti Patri præcedēdi vnquam habuit. quod Probatur. Quia nunquam acquiritur ista possessio naturalis, nisi actibus positiuis, idest positiuè alicui præcedendo. Quia possessio, vel quasi non acquiritur nisi actuali, vel corporali aprehensione. *L. possideri in prin. & l. quemadmodum. ff. de acquiren. possess. Postius de man. obser. 15. n. 10. vbi alia.* Multi Patres vnquā isti Patri præcesserunt, & aliqui duobus, vel tribus vicibus ex permissione. Ergo quomodo Classis Patrum istam possessionem naturalem, & præscriptam iuris isti Patri præcedendi habuit, ac habeat? cum, vulgatis iuribus, sit tantum præscriptum, quantum possessum.

Dato, & non concesso, ad maiorem veritatem enucleandam, & videndam. Classem Patrum, siue aliquem Patrem peculiarem, multis vicibus, ac sępius positiuè isti Patri præcessisse. tamen ista non est, nec vocatur possessio, sed occupatio, nec est sufficiens ad præscribendum contra illum Patrem. Quod

Probatur. Quia dato, quòd sit perfecta possessio positiua, idest quòd multis vicibus isti Patri præcesserit, quod toto cælo, hoc nunquam euenisse, negatur. Tamen possessio nuda sine aliquo titulo vero, vel pręsumpto, non est sufficiens ad præscribendum; & ista vocatur occupatio iniusta, non possessio; cum possessio nuda sine titulo vero, vel præsumpto, Dominium non transferat. *L. nunquam nuda de acquir. reru. Dom. Rota apud Seraph. Dec. 929. n. 2.* Ergo si Dominium non transfert est iniusta occupatio, non possessio, quæ occupatori nihil prodest. Diximus nudam possessionem non vocari, nec dici possessionem, sed occupationem. ratio est, quia vbi ius resistit, & aliud præcipit, non dicitur possessio, sed potius iniusta occupatio, quę occupatori valdè nocet. *Maschard. de prob. concl. 1203. n. 5. Gratian. discep. foren. cap. 870. n. 16. Roderic. de ann. redit. lib. 1. quæst. 17. n. 21. & seq. Rota Dec. 170. n. 7. coram Greg. XV. & in causa recisionis pon. tract. apud Marches. P. 1. fol. 98. Post. de man. Obser. 40. n. 20. & post tract. Dec. 215. n. 24.*

Ideò ex supradictis euidenter visum fuit. Classem Patrum, nec vllum peculiarem eorum nullam possessionem habere iuris præcedendi isti Patri; nec primo modo ratione possessionis captæ à principio sui officij Diffinitoriatus, cum intuitu istius officij, ius habere inferioribus præcedendi, non superioribus, vt isti Patri, qui fuit eorum Custos Prouincialis.

cialis, nec secundo modo, ratione positiuæ actionis, quia aliqui Patres vnquam ei præcesserunt, & aliqui paucissimis vicibus ex permissione; & dato, & non concesso, aliquem Patrem multis vicibus præcessisse, illa non vocatur, nec est possesio, quia titulo vero, vel præsumpto caret, sed vocatur occupatio. Quomodo ergo Contradictor asserit Classem Patrum possesionem præscriptam habere isti Patri præcedendi? videant, & iudicent Viri Docti.

Secunda Cond. Est titulus verus, vel præsumptus. Patres ex suo officio Diffinitoriatus titulum habent omnibus præcedendi, exceptis illis, qui Ministri, & Custodes Prouinciales fuerunt, iste Pater fuit Custos; &c. habens titulum vi sui Custodiatus altiorem titulo Diffinitoriatus. Ideò possessionem titulatam habere non possunt isti Patres, nec dici possunt Possessores, quia primò possesionem præcedendi non habuerunt, vt supra visum est; ac etiam ille, qui non habe titulum verum, vel præsumptum, non vocatur, nec dicitur possesor, seu quasi, vt habenti titulum verum possit præiudicari. *Gratian. discept. foren. cap.* 113. *n.* 55. *Rota Dec.* 681. *n.* 3. *T.* 4. *diuers. & apud Pacific. de Saluian. interd. Dec.* 44. *n.* 2. *Barbosa in prax. exig. pen. P.* 1. *quæst.* 2. *n.* 27. Iste Pater titulum verum habet intuitu Custodiatus; Ergo Patres non sunt; nec vocantur Possessores contra istum Patrem, &c.

Tertia Cond. Est bona fides. cum sit indubitatum in iure, & ab omnibus receptum. Possessorem malæ fidei nunquam præscribere. *Maranta P.* 1. *resp.* 26. *n.* 3. *vbi multa iura & Doctores.* Ideò bona fides esse non potest, vbi possessio titulo vero, vel præsumpto caret, cum etiam non sit possessio, sed occupatio. Quia titulus non habitus, vel reprobatus non dat iustam causam præscribēdi, sed ex eo mala fides expresse arguitur. *Marshardus de prob. concl.* 1377. *n.* 79. Ex dictis clare videtur bona fides esse non posse, quia Possessione, & titulo caret, &c. tum quia præscriptio esse non potest, neque currere nouit data mala fide præscribere intendentis. Cap. 1. de præscript. in 6. Mascard. de prob. concl. 1213. n. 4. Maranta P. 1. resp. 26. n. 4. & 9. vbi multa iura, & DD.

Quarta Cond. Est tēpus determinatū à lege. ista possesio à Contradictore asserta, non est possesio, sed occupatio, quia titulo vero, vel præsumpto caret, bona fides adesse non potest in possesione carente titulo. Ideò si per centum annos aliquis positiuam possesionem haberet numquam præscribit; quia non est possesio; sed vocatur occupatio. Quare ex dictis, clarè videtur. Classem Patrum, nec vllum particula-

rem; nullam Possesionem habuisse, nec habere iuris præcedendi ist Patri, & eò Minus præscriptam, vt patet intelligenti.

Decima cauillatio ad secundam obiectionem accedamus, factam à principio istius Cauillationis à Contradictore dicente. Dictum Patrem.N. nullam possessionem naturalem habere iuris Patribus præcedēdi; quia à multis Patribus vnquam præcedentiam habuit, cum ex vulgati iuribus, tantum præscriptum, quantum possessum. Ergo non est in possessione Patribus præcedendi; &c.

Respondetur. Dictum Patrem perfectam possessionem, pacificam, titulatam, non clandestinam, liquidam, longeuam, ac etiam præscriptam iuris Patribus præcedendi habuisse, ac habere. Antequàm ad probandam istam præscriptam possessionē, enucleandæ sunt dictæ particulæ.

Prima part. Quòd iste Pater perfectam possessionem habeat iuris Patribus præcedendi, iam supra probatum fuit, & hic infra, in probando primam conditionem requisitam ad præscribendum, verū probabitur.

Secunda part. Pacificam possessionem habuit ab anno 1632. vsque nunc, cum semper per illud triennium sui officij gauisus sit pacificè Paternitate, & præcedentia, &c. Ac peracto suo officio, semper Paternitate cum annexis gauisus fuit, &c. Et quamuis aliqui pauci peculiares, & etiam ipsi subditi, ei dare noluerunt, & nolunt hanc præcedentiam, quę de iure, & ex iustitia isti Patri debetur. Tamen ex ista negatione de facto acta contra iuris assistentiā, possessionem pacificam, iam acquisitam à principio sui Custodiatus, & habitam à iure communi, non amittit. Quia aliqui pauci vim non habent de iure ab isto Patre auferendi, quod ei dederunt omnes Vocales illius capituli totam Prouinciam repręsentantes, mediante Generali statuto, quando istum Patrem pro suo Custode Prouinciali elegerunt, & quod à iure habet, &c. Et hac de causa ex ista negatione non amittit nomen pacificæ possessionis, quia semper ab illo tempore vsque nunc possedit sine lite, & iudiciali citatione. Quare tunc impeditur pacifica possessio, & eius nomen amittit, quando coram Iudice lis contestata sit, quæ à citatione incipere debet. *Afflict. Dec. 85. nu. 4. Clem. vnica de seq. post. vbi Gloss. V. antea; & ibi Imola n. 8. Guido Papæ quæst. 85. & sing. 366. n. 1. & 367. n. 2. Tusch. litt I. concl. 308. n. 3. & litt. L. concl. 380. Rebuff. de pacifica possess. n. 165. Maranta P. 1. resp. 22. n. 74. & P. 3. resp. 42. & n. 42. Sanchez lib. 2. consilior. cap. 1. dub. 27. Lugo Cardinalis T. 1. disp. 17. sect. 7. n. 117.*

Tertia

Tertia part. Titulata, clarum est, & notorium. possessionem istius Patris titulatam esse, tam ex titulo iuris, quam facti; cum ab omnibus habitus, & vocatus fuit Custos Prouincialis, & apud se authenticum testimonium habet hoc testificans, &c. Ideò ex longa possessione perfectè præsumitur de titulo &c. *Tusch. litt. P. concl. 416. & 439. & litt. T. concl. 313. Maranta P. 3. resp. 47. n. 31. vbi multa.*

Quarta part. Illa dicitur clandestina possessio, capta absente, & ignorante Domino. *Tusch. litt. P. concl. 412.* Est notorium iuris, & facti, quòd iste Pater ab anno 1632. vsque nunc Paternitate cum annexis fruitur intuitu Custodiatus ex eius titulo, & à tota Prouincia, ac etiam extra; ab omnibus, habitus, & vocatus Prouinciæ Pater; quia fuit Custos Prouincialis Patrum de Obseruantia, &c.

Quinta part. Liquida possessio. Liquidum dicitur esse, quod clarè constat, clare autem constare vocatur, quod palàm, ac sine hæsitatione omnibus apparet. *Maranta. P. 3. resp. 85. n. 70. & 7*. Luce clarius apparet de facto euidenti, possessionem liquidam supradictorũ istius Patris ab anno 1632. vsque nunc, nemine de hoc reclamante, prout de iure.

Sexta part. Longæua possessio. Secundum iura, tempus longum est decennium. Toto tit. de præscript. *Long. temp. & §. Instit. de vsucap. & l. super Long. temp. ff. de præscript.*

Septima particula. Præscripta possessio. Probatur. Possessionem Paternitatis, & præcedentiæ istius Patris omnes conditiones requisitas habere ad præscribendum; ac præscriptam possessionem esse.

Prima conditio est Possessio. Iam superius abundè ostensus, & probatus fuit primus modus possessionis. Dictum Patrem à principio sui Custodiatus ab Obseruantibus habiti, & inter ipsos, & pro ipsis functi perfectam possessionem acquisiuisse Paternitatis cum omnibus annexis. quia possessio in parte acquisita acquiritur in toto. *Bald. consil. 161. proponitur, quod commune n. 2. vers. suppono ergo lib. 3. Tusch. litt. P. consil. 271. n. 11. & concl. 422. Maschard. de prob. concl. 271. n. 11.* Et eò amplius, cum per totum illud triennium functionibus Diffinitorij interfuerit, primam sessionem habendo, vt primus Diffinitor, vt ius præcipit; ac etiam peracto suo officio, ab anno 1635. vsque nunc, semper Paternitate cum annexis fuit gauisus; vt ille, qui fuit Custos Prouincialis. Ergo acquisiuit, ac habuit, sicut etiam habet perfectam possessionem naturalem iuris præcedendi Patribus Paternitati annexã.

quia

quia acquisita possessione principali, acquiruntur omnia ei annexa, & accessoria, quæ conseruatur ciuili possessione; vt supra probatum fuit.

Secunda conditio est Titulus verus, vel præsumptus. Dictus Pater verũ, & perfectum titulum habet suæ possessionis Paternitatis, & præcedentiæ inter Patres cum annexis, vt ille, qui fuit Custos Prouincialis totius Prouinciæ; Ex notorietate iuris. Quia à iure titulum habet; ac etiam in publicatione officialium, qui facti fuerunt ab obseruantibus in illo capitulo ab ipsis, & pro ipsis facto, lectum, & publicatum fuit eius nomen, dicens. R. P. N. Custos Prouincialis. Et apud se habet instrumentum suum Custodiatum Prouincialem testificans, quę omnia ostendunt ex notorietate iuris titulum perfectum, & verum suę possessionis Paternitatis, & præcedentiæ, &c. Ex notorietate facti publicè, & euidẽter in illo capitulo ab Obseruantibus pro ipsis facto ad creandos suos tantùm officiales, communibus votis Vocalium fuit factus Custos Prouincialis totius Prouinciæ, & in toto illo triennio functionibus Diffinitorij interessendo, & ab omnibus habitus, & vocatus fuit Custos Prouinciæ, sicut etiam peracto officio Custodiatus, Prouinciæ Pater, &c. Quæ omnia ex notorietate facti titulum perfectum, & verũ ostendunt, & affirmant perfectę possessionis Paternitatis, & præcedentiæ istius Patris, &c.

Tertia conditio, est bona fides. Iste Pater, sicut etiam omnes sane intelligentes, ac animum à passione alienum habentes, sic bonam, & indubitatam fidem habent suæ possessionis titulatę habitæ ratione, & in tuitu Custodiatus Prouincialis habentis à iure Paternitatem, & pręcedentiam inter Patres, quã possessionem naturalem acquisiuit principio sui Custodiatus, & semper vsque nunc prosecutus est, & eam etiam conseruat ciuili possessione, &c.

Quarta conditio, est tempus à lege determinatum, iura personalia computantur inter res immobiles, res immobiles præscribuntur spatio decem annorum. *Cap. sanctorum de præscript. l. vltima. C. de præscrip. long. temp. l. sicut in rem. l. si quis exemp. C. de præscrip. 30. annor. cap. placuit §. præscriptionum 16. quęst. 3. & omnes 66.* Ab anno 1631. vsq; nunc, transacti sunt decem anni. Ergo, &c.

Ex supradictis perfectè ex iure, & facto visum, & probatum fuit. Classem Patrum, nec ullum alium peculiarem nullam possessionem naturalem habuisse, nec habere, & eò minus præscriptam iuris præcedendi isti Patri, vt illi, qui Eorum Custos fuit, &c. Et è contra, bene verum esse,

sicut

sicut ex dictis probatum est, dictum Patrem perfectam possessionem, ac præscriptam Paternitatis, & præcedentiæ inter Patres habere, ac in ea ex iustitia manutenendus est. Quia possessio nemini auferenda est, cuiuscumque rei, tam corporalium, quam incorporalium, &c. *Cap. 1. de lite pend. c. 1. de sequestr. possess. cap. volumus 16. quæst. 14. & ibi Barbosa, & Doctores; Menoch. de præsump. .... n. 10. Riccius P. 4. Dec. 203. n. 2. Rota apud Cuccinum Dec. 378.* Tum quia est vniuersale, & tritum in iure, quòd habens suam intentionem fundatam in iure, vt iste Pater habet ex assistentia legis, & statuti sic præcipientis talem Paternitatem, & præcedentiam inter Patres, ex iustitia manuteneri debet in sua possessione in qua positus est ex titulo Custodiatus, &c. *Per text. mirabilem in cap. cum personæ in fin. & ibi notant omnes Doctores de Priuileg. in 6. Gratian. discep. foren. cap. 870. n. 8. & 898. n. 18. Couarru. Practicar. cap. 17. n. 9. Riccius P. 1. Dec. 213. & P. 2. Dec. 281. Gutierez practicar. lib. 3. cap. 9. n. 11. Maranta. P. 2. resp. 3. n. 18. vbi multa; Tamburinius de iure Abb. T. 1. disp. 15. quæst. 7. n. 11. & T. 3. Rota fol. 376. & 377. n. 4. & 378. Postius de manut. obser. 15. n. 18. & 45. n. 3. cum seq. vbi multa.* Quæ omnia supradicta non habent Patres ex assistentia legis, & statuti ex titulo Diffinitoriatus, nisi quo ad inferiores, de quibus iste Pater non est, cùm certissimè fuerit eorũ Custos Prouincialis; vt sępè supra probatum fuit. Ergo non habent possessionem iuris præcedendi isti Patri, cum hoc sit contra ius, & iuris assistentiam aliter præcipientis. &c.

Prosequitur Contrad. veritatem offuscare volens dicendo in ista vndecima Cauillatione. Quòd actus isti possessorij Patribus pręcedendi habiti, & gesti ex titulo Custodiatus dicti Patris N. causam liti dederunt, ac dant. Ideò, vt est notum in iure, consequenter non probant possessionem dicti Patris, nec videntur attendendi ad effectum manutentionis præcedendi inter Patres, nec tribuunt ius considerabile.

Respondetur. Non obstante ista cauillatione, isti Patri N. dandam esse de iure, ac ex iustitia manutentionem præcedendi Patribus, &c. Ratio est. Quia conclusio supra allegata Contradictoris procedit, quando possessio prætenditur ex vnico actu à principio contradicto, veluti in casu nostro, si ex primo actu præcedendi dedisset à principio Custodiatus istius Patris causam liti, qui non constitueret istum Patrem in quasi possessione iuris præcedendi, &c. Sed secus est, & non ita in casu nostro, quia ius perfectum quæsitum, seu acquisitam perfectam possessionem

sessionem naturalem, vt iste Pater acquisiuit à principio sui Custodiatus iuris Patribus præcedendi, &c. cum per triennium positiuè præcedit, & postea. Quare sciendum est, per electionem plenum, ac perfectum ius acquiri omnium pertinentium ad illud officium, sed in habitu tantum, per confirmationem verò exercitium illius actus. *Rota apud Seraph. Dec. 1011. n. 16. Riccius Dec. 280. n. 2. P. 2. Portel. in resp. mor. P. 2. casu. 4. Peyrinus T. 1. cap. 3. §. in fin. Rota apud Greg. XV. Dec. 240. n. 16. & 17. Tamburinius de iure Abb. T. 1. disp. 6. q. 1. Lauor. tit. 4. de elect. cap. 25. n. 2. per Doctrinam Felin. in cap. Bertoldus. nu. 6. de re iud.* Vbi dicit, quòd per confirmationem nihil noui iuris acquiritur, sed tantùm exercitium iuris per electionem quæsiti. *Barbosa in Vot. Dec. lib. 3. V. 97. n. 68.* Ideò perfectum ius, & perfectam possessionem naturalem acquisiuit, ac habuit à principio sui officij Custodiatus, & exercuit per totum illud triennium, per tot actus positiuos Diffinitoribus præcedendo, mediante iam iure quæsito præcedendi, ac etiam peracto suo officio, ab aliquibus Patribus præcedentiam habuit. Quapropter, si ex illo vnico actu positiuo pacifico, partis contradictio subsequitur, tunc non potest impediri manutentio, nec mandatum de manutenendo impeditur, & eò amplius, quia fuerunt multi actus pacifici Patribus præcedendi. Rota apud Seraph. Dec. 1437. in fin. Postius de Manut. obser. 17. n. 54. vbi multa.

Ratio est. Quia contradictio non fuit facta ante ius quæsitum, & possessionem naturalem habitam à principio dicti officij Custodiatus, ex illo actu positiuo pacifico. *Rota post tract. Postij Dec. 201. n. 7.* Ideò contradictio esse debebat in ipso primo actu præcedendi Patribus, idest, quando iste Pater, post electionem, & confirmationem sui officij Custodiatus, ante vllum actum positiuum præcedendi, voluerit in Diffinitorio, siue in sessionibus inter Diffinitores, primam sessionem habere, debebat, dico Contradictor, siue alius obstare, & contradictionem facere in illo primo actu præcedendi, ac litem mouere, & tunc diceretur, istum Patrem N. causam liti dedisse, &c. Sed post actum perfectum pacificum acquisitum præcedendi, idest post perfectum ius quæsitum, & consummatum per tot actus positiuos pacificos, & perfectam possessionem habitam Patribus præcedendi, &c. Contradictio facta nunc, post, non solum vnum actum, sed etiam post tot actus positiuos pacificos habitos, non impedit, quò minus censeatur per dictos actus pacificè gestos, acquisita perfecta, ac iuridica naturalis possessio iuris

ſeſſio iuris Patribus præcedendi, &c. ac ea manuteneri deberet, &c. *Ad .L. ſi ita ſit. & ibi Bald. & Imol. D. de legat.1. Rip. in .l.1.n.88. ſolut. matr. Barboſa in Vot. Dec. lib.3.V. 106 n.92.* Aliter enim, nec etiam poſt mille, ac centum mille actus pacificos, & perfectos geſtos dari poſſet manutenentio, ex quo iſti actus, quantumuis pacifici, & facti, ac geſti in perfecto iure quæſito; perfectaquè poſſeſſione dare ſolent occaſionem litis, quod tamen eſſet totaliter erroneum in iure, & contra iura, & Doctores. Ratio eſt. Quia eſt tritum in iure, & apud Doctores, quod ex vnico actu poſitiuo pacifico habito ex titulo tantummodo acquiritur vera, ac perfecta quaſi poſſeſſio naturalis ex iuſtitia manutenibilis. *Gloſſ. in cap. cum Eccleſia Sutrina in V. Epiſcoporum. Abb. nu. 22. & ſeq. Ripa nu. 52. & 64. de cauſa poſſeſſ. & propr. & ibi Barboſa. Idem in prax. exig. pen. q.2. nu. 39. & 42. & in Vot. Dec. lib.2. V.47.n.235. cum ſeq. & V.56.n.91. & 92. Menoch. conſil.612. nu.16. Gratian. diſcep 310. n. 76. Maranta P. 3. reſp. 63. n.2. & 6. vbi multæ reſolutiones Rotæ, & Doctores. Rota apud Cuccinum Dec. 245. nu.2. & 286. n.5. & 354. n.9. & 497. n.4. cum Doctoribus ſupra allegatis de poſſeſſione.* Quinimò ſufficit momentanea, & pro vno inſtanti acquiſita latè *Poſtius de manut. obſeru. 18. n. 1. vbi multa.* In caſu autem iſtius Patris .N. plurimi, ac multi actus perfecti poſſeſſorij pacifici præcedendi Patribus facti fuerunt per totum illud triennium, ac peracto ſuo officio, per quos fuit abundè, & de iure acquiſita perfecta quaſi poſſeſſio iuris Patribus præcedendi, vnde ex ſuprauueniente contradictione, maximè aliquorum paucorum, ſiue lite impediri non poteſt manutenentio ex ſuperius dictis. Præſertim quia hæc poſſeſſio iſtius Patris præcedendi, habita à iure ex titulo Cuſtodiatus, eſt ſatis, ac perfectè iuſtificata, ex quo fuit capta auctore Prætore, ideſt auctrice Prouincia repręſentata per vocales in capitulo legitimè congregatos in electione officij Cuſtodiatus Prouincialis iſtius Patris, qui erat eius Membrum, & Pars, ac Commiſſario Viſitatore Prouinciæ præſente, & approbante. Ideò iuſtè, & perfectè poſſidet, qui auctore Prætore poſſidet. *.L. iuſtè. D. de acquir. poſſeſſ. Barboſa in Vot. Dec. lib.3. V. 106. n.94. Rota apud Gregor. XV. Dec. 582. n. 2.* Ideò legalis eſt ſententia apud iura, & iuris Doctores, quòd ille, qui de tempore litis motæ, poſſeſſionem obtinebat, ac obtinet, vt eſt iſte Pater, qui habuit, ac habet perfectum ius, et perfectam poſſeſſionem naturalem iuris Patribus præcedendi, conſeruatam ciuili poſſeſſione, vt ſuperius ſæpè pro-

K batum

batum fuit, summarijssimi possessorij remedio, in ea manutenendus est, & ab Aduersarij perturbationibus ex iustitia tuendus. *Toto titul. ff. vti possidetis. §. retinendæ. instit. de interd. cap. cum venissent. de instit. & ibi Barbosa. Guillem. Bendict. in cap. Raynutius de testam. V. duas habens filias n. 4. Ioann. Vincent. de Anna alleg. 103. Mastrill. de magistrat. lib. 1. cap. 27. n. 33. Iesse arag. Dec. 389. n. 1. & 2. P. 4. Monald. consil. 104. n. 22. & 23. Vol. 2. Barbosa in Vot. Dec. lib. 3. V. 97. n. 2.* Quare ex omnibus supradictis superius sufficienter, & expressè videtur constare ex palpabili notorietate, titulata possessione naturali iuris præcedendi Patribus istius Patris. N. & consequenter de rigore iustitiæ, & equitate, dictum Patrem manutenendum esse in quasi possessione iuris præcedendi Patribus, non obstantibus extorsionibus, & cauillationibus, contra iura, & Doctores, atque iustitiam à Contradictore factis, & prolatis, etc.

Duodecima Cauillatio. Superius pollicitus sum respondere istæ cauillationi inuentæ à Contradictore, qui asserit Formam alternatiuam à Decreto indictam seruandam ab Obseruantibus in electione Ministri, & Custodis Vocalis fuisse, ac esse formam substantialem, non accidentalem, itaut si aliter factum fuisset, actus, ac electio nulla extitisset.

Respondetur. Formam dicti Decreti alternatiuam seruandam ab Obseruantibus in suis capitulis Prouincialibus faciendis pro Electione eorũ Ministri, & Custodis Vocalis, accidentalem tantum fuisse, non substãtialẽ, vt Contradictor affirmat, itaut, si non obseruata extitisset, electio, ac actus irritus non fuisset.

Probatur. Formam substantialem non esse illam in Decreto præceptam. Quia Omnis forma substantialis à lege inducitur triplici modo, itaut, quando in lege, siue Decreto non ponatur aliquis modus istius triplicitatis, semper est, ac erit forma tantum accidentalis. Primus modus. Quando in lege ponitur Decretum, siue clausula actum aliter factum irritans, videlicet si in lege dicatur. Decernentes irritum, & inane; &c. Aliter non valeat; &c. Ipso iure irritus sit &c. pro infecto habeatur, &c. Careat iuribus; &c. Nullas vires habeat; &c. In cassum aget; &c. Inutiliter aget, &c. Frustra aget; &c. locum non habeat, &c. Frustra fiet, &c. Nullius sit momenti, &c. Nullius roboris, &c. Nullatenus; &c. alioquin, &c. nullo modo, &c. & alia similia. *Ex Barbosa in claus. vsu freq. calus 40. n. 39. cum seq. Farinacio fracm. crim. P. 2. litt. L. n. 160. cum seq. Tamburinius de*

iure

*iure. Abb. P. 1. disp. 18. quæst. 8. n. 47. cum seq.* Quia est vniuersale, actus prohibitos à quacũque lege inualidos, ac irritos non esse, nisi addantur particulæ irritantes, & Decretum irritans, iuxta tritum prouerbium in iure fundatum. Multa prohibentur, ac illicitè fiunt, quę post facta tenent. Secundus modus. Quando lex expresè imponit, ac dicit, hoc esse seruandum pro forma. Tertius modus. Quando lex facultatem tribueret actum faciendi, & simul modum, & formam seruandam præscribit, talis forma inducta censetur, vt forma substantialis. In nostro Decreto nulla forma supradictarum, vt patet ex contextu, inuenitur. Non in prima, quia non adest clausula irritans actũ aliter factum, siue electionem aliter factam, nec in secunda, cum in Decreto non inuenitur, nec præcipitur, hoc esse seruandum pro forma. Neque in tertia, quia Decretum non tribuit facultatem Obseruantibus, aliquem Reformatum Custodem Prouincialem facere, quia ipsi iam ex Regulæ præcepto, Constitutionibus, & Ordinis Statutis, non solum facultatem habebant, sed etiã tenebantur suum Custodem Prouincialem eligere aliquem istorum Membrorum, vel Obseruantium, aut Reformatorum, & similiter Reformati eligi poterant pro tali officio, quia habebant vocem actiuam, & passiuam, vt eorum Membra, & Partes, sed tantum dat modum, & formam alternatiuam seruandam in capitulis Prouincialibus ab Obseruantibus faciendis pro electione Ministri, & Custodis. Ergo illa forma alternatiua à Decreto indicta fuit tantùm forma accidentalis, itaut si actus aliter factus, non esset irritus. Ideò, si in eligendo dictum Patrem pro Custode Vocali vi Decreti, vt Reformatum pro Obseruanda forma accidentali Decreti, in illo capitulo hoc fuit obseruatum. Eò amplius, & euidentius obseruari debuerat forma substantialis Regulæ, Cõstitutionum Apostolicarum, & Ordinis statutorum, ad Mortale peccatum obligans, cum Decretum hoc non dispensauit, nec irritauit, vt supra probatum abundè fuit in secunda quæstione. Ergo dictus Pater electus, & factus Custos, fuit Custos Prouincialis totius Prouinciæ pro adimplenda forma substantiali ad obiectiones, quæ fiunt à Contradictore ex l. dubium de legib. & ex reg. iuris 64. vbi dicit. Quæ contra ius fiunt: &c. intelligunt Doctores de forma substantiali, non accidentali, & aliæ rationes, 4. *Videantur. Azorius P. 1. lib. 5. cap. 16. quæst. 17. Sanchez de Matr. lib. 3. disp. 5. Tortius de Matr. lib. 5. cap. 3. n. 4. Layman lib. 1. tract. 4. cap. 16. vbi optimè respondit. Soarez de leg. lib. 5.*

*cap. 32. n. 2. vbi alios. Salas de legib. disp. 16. sect. 8. n. 27. vbi alios. Bonacina de legib. disp. 1. quæst. 1. pun. 7. §. 5. Palaus T. 1. tract. 3. disp. 2. pun. 9. Barbosa axioma 100. n. 13. & n. 15. in medio Farinacius in fracm. crim. litt. L. n. 204. & 225. cum seq.*

Supradicta exemplo comprobamus. In capitulo 1. sess. 24. Concilij Tridentini de Reformatione; sacra Synodus hanc formam seruandam præcipit, & mandat obseruari antequàm Matrimonium, contrahatur, vt Denuntiationes in Ecclesia tribus Diebus fieri deberent, &c. Quidam matrimonium contrahit non seruata ista forma à Concilio indicta, nō factis Denontiationibus, Absque dubio Matrimoniū tenet, & contractus, actusq. est validus, quamuis factus contra Concilij formā aliter præcipientis. Qua de causa? Quia in lege Concilij non adest, nec inuenitur Decretum, siue clausula irritans actum, siue matrimonium aliter factum. E contra eadem Synodus præcipit, quòd nemo Matrimonium contrahat, nisi presente Parocho, & duobus testibus. Quidam inijt Matrimonium sine Parocho, & Testibus, certissimè Matrimonium non valet, & actus est irritus, quia factus fuit contra Concilij formam. Qua de causa? Quia in lege concilij adest, & inuenitur Decretum irritans, siue clausula irritans, & annullans aliter Matrimonium contractum, & actum contra legem factum &c. Ergo forma nostri Decreti est tantùm forma accidentalis, quia in se non habet clausulas irritantes, &c.

Me rectè facturum arbitror, hìc quandam cauillationem nouissimam ponere, à Contradictore inuentam, cui respondere necessarium est, asserente. Quia Pater .N. recursum habuit ad Iudicem pro sua manutentione præcedentiæ inter Patres, &c. Et hac de causa ad Iudicium vocata fuit Pars, & contradictor, Procurator Partis. Ideò iste asserit, dictum Patrem in hac causa ciuili Actorem esse.

Quare quæritur, Quis in hac causa ciuili vertente inter istum Patrem.N. Prouinciæ Patrem, & aliquos Prouinciæ Patres, vel suum contradictorem, sit Actor?

Respondetur. Quòd apud omnes sana intelligentia, & Doctrina pollentes, clarum est, ac etiam ex causæ natura, & petitione, expressè, & euidenter videtur. Partem contrariam, siue suum Contradictorem in hac causa ciuili Actorem esse. Et dictum Patrem.N. Reum prætensum, & putatum à Contradictore, quia asserit, eum non habere possessionem iuris præcedendi, &c. existere. Quod

Pro-

**Probatur.** Est euidens, & notorium tam iuris, quam facti, vt superius pluribus locis visum, & fuit probatum. Dictum Patrem Custodem Prouincialem præcisè Patrum de Obseruantia, & totius Prouinciæ extitisse, & hac de causa authentico testimonio legalitate fulto à toto Diffinitorio Patrum de Obseruantia, ad commitia Generalia profectum fuisse pro tota Prouincia, tam pro Obseruantibus, quam Reformatis, vt eorum Custodem Vocalem; in toto illo triennio, omnibus functionibus Diffinitorij, quæ fieri solent in Diffinitorio Patrum de Obseruantia pro eorum, & suæ Prouinciæ regimine, & gubernio vi & præcepto statuti Generalis, primam sessionem inter Diffinitores habendo, ad fuisse, intuitu, & ratione Custodiatus ex eius titulo, & ab omnibus, tam superioribus, quam inferioribus pro tali habitum, & vocatum, sicut etiam Prouinciæ Patrem, tam verbis, quam factis, fuisse, ac esse ex iure, & ex legis præcepto, & hoc, quia fuit Custos Prouincialis Patrum de Obseruantia, & totius Prouinciæ. In possessione habita à principio sui Custodiatus omnium iurium ad se pertinētium, ac semper prosecuta positum existere; & omnia supradicta, quæ vocantur possessiones, siue possessio, negantur à Parte contraria, & suo Contradictore. Quare qui possessionem alicuius rei, tam corporalium, quam incorporalium, quam aliquis possidet, negat, Iste vocatur Actor. *Cancer. variar. resol. P. 3. cap. 1. n. 53. Fontanell. de pact. nupt. cau. 7. Gloss. 3. §. 10. n. 13. Gristoph. Pax de tenuit. cap. 24. nu. 6. Post. de man. Obser. 1. n. 3. & post tract. Rota Dec. 441. n. 2.* Et ille, qui possidet aliquam rem ab aliquo cauillatam, siue controuersam, vt est possessio supradictorum istius Patris ab anno 1632. vsque nunc, & à Contradictore cauillata, & perturbata, vocatur Reus. *par. retinendæ instit. de interd. Menoch. in d. interd. retin. sub n. 2. & rem. Vult. n. 7. Gristoph. Pax de tenuit. cap. 69. n. 1. Postius de man. obser. 1. n. 2. & post tract. Dec. 121. n. 1. & 417. n. 5.* Ergo Pars contraria, siue Contradictor, quem hìc sic nominabo, est Actor, & iste Pater Reus.

Quare. Si ad Reuer. Generalem, siue Iudicem iste Pater perrexit, vt eum manuteneat in sua præscripta possessione Præcedentiæ, &c. ab aliquibus negata, & perturbata, & etiam nunc pergit, & instat, hic certè non vocatur Actor, sed adhuc partes Rei sustinet. Quia regulariter non datur manutenentio non eam petenti. *Postius de manu. obser. 5. n. 1. in fin.* Et hac de causa pro manutentione suorum iurium sibi competentium ratione Custodiatus, & Prouinciæ Paternitatis recursum, & re-

fugium fecit ad Iudicem, & facit iste Pater pro suis tuendis, quæ ex iure communi, & eius assistentia habet, & possidet per longum tempus suam Paternitatem, & præcedentiam, &c.

Ideò, ne Aduersarius possessionem istius Patris inuadat; iste Possessor Iudicem adire vult, & potest, atque eius protectionem implorare pro sua defensione manutenenda, & propter hoc non vocatur Actor. *Menoch. de adip. poss. rem. 6. n. 32. Guido Papa Dec. 452. n. 8. Gratian. Rota Dec. 132. n. 18. Mantica Dec. 167. n. 8. Post. de manu. obser. 5. nu. 3. vbi multa.*

Tum quia iste Pater Possessor hoc remedium manutentionis quæsiuit, ac quærit, cum aliqui perturbent per verba negantia possessionem naturalem Paternitatis, & præcedentiæ inter Patres, habitam à principio sui Custodiatus à Patribus Obseruantibus habiti, & semper prosecutam vi, & intuitu statuti Generalis hanc Paternitatem, & præcedentiam præcipientis, & concedentis. cum etiam semper retinuerit, ac retineat, vltra naturalem possessionem, possessionem ciuilem, quæ solo animo retinetur, & conseruatur, vt supra probatum est. Quare adire Reuer. Generalem; vel ad aliũ Iudicem pergere, & manutentionem suæ possessionis petere, ostendendoquè eam habere, vt fecit, & facit iste Pater, non solum Persona, sed etiam scripturis. hic non dicitur, nec vocatur, neque est Actor. &c. *Tusch. in litt. M. concl. 79. n. 1. cum seq. Puteu. Dec. 198. n. 4. lib. 1. Rota diuers. Dec. 99. nu. 1. P. 1. & recent. Dec. 140. n. 3. & 163. in fin. P. 2. Post. de manu. obser. 5. n. 4. & post trac. Dec. 471. nu. 5.*

Ratio est. Quia eundo iste Pater ad Iudicem pro conseruatione suorum, ostendit se esse in possessione, & eam, propter hoc non amittit, sed cõtinuare, & conseruare ostendit, cupit, & vult suam possessionem naturalem habitam ratione sui officij Custodiatus, & semper conseruatam non solum naturali, sed etiam ciuili possessione; Et hac de causa non est, nec vocatur, neque dicitur Actor. Quia rem putatam controuersam possidet. *Afflict. Dec. 395. n. 7. Puteu. Dec. 40. n. 2. lib. 2. Ruin. consil. 58. n. 6. lib. 4. Mandell. consil. 78. nu. 13. §. hodie tamen Instit. de interd. Couaruu. Practicar. Quæst. cap. 17. in prin. n. 3. vers. quod si rationem. Menoch. de retin. poss. rem. 5. n. 22. & rem. 3. n. 2. cum seq. Bonac. de interd. vti non possidetis cap. 2. n. 10. Post. obser. 5. nu. 6. & post tract. Dec. 401. n. 32. & 554. n. 32. & 605. n. 3. in quibus locis multa.*

Ideò, si eundo ad Iudicem pro conseruatione suorum, non amittitur sua

posses-

possessio. Ergo eundo ad Iudicem iste Pater suam possessionem naturalem Paternitatis, præcedentiæ non amisit, nec amittit, & est, ac co[illegible] possessione. Ergo iste Pater vocatur Reus à Contradictore præte[illegible] quia [illegible], possessionem non habere, nec iustè possidere, quæ possidet. Quia possidens Reus vocatur, ac est, & possessionem negans vocatur, ac est Actor. omnes Doctores supracitatj.

Quia dum instat, & prosequutur coram Iudice instare, vt semper iste Pater fecit, et facit quoad vsque halitum haberet. Ostendendo se esse in perfecta possessione, ac præscripta Paternitatis, & præcedentiæ, vt ex se notum est. Et ad hoc confirmandum, quod est clarum, composita fuit hæc scripturaostendens, & probans. Dictum Patrem Custodem Prouincialem Patrum de Obseruãtia principaliter, & totius Prouinciæ extitisse, esseque Prouinciæ Patrem, & præcedentiam inter Patres ex iure communi habere, Priuilegijsquè Patrum frui posse, & debere ex iure, ac vi, & intuitu statuti Generalis hæc concedentis Custodibuss Prouincialibus. Ideò vocatur, ac est Reus, & contrarium supradictis dicens, & affirmans est Actor. *Concer. variar. resol. P. 3. cap. 1. sub. n. 55. & seq. Christoph. Pax de tenuit. cap. 24. n. 1. 4. & 5. Post. de man. Obser. 5. n. 12. in fin. & n. 14. & tract. Rota Dec. 341. nu. 9. & 45. nu. 3.* Ratio est. Quia, quamuis iste Pater manutentionem in Iudicio petierit suæ præcedentiæ inter Patres, & alteram partem ad Iudicium prouocauerit pro sua manutentione, & ad remouendas inquietationes, & molestias, dictam prouocationem ad Iudicem fecit, nihil ominus sustinere dicitur partes Rei; & iste Pater vocatur Reus à contradictore prætensus, cum hoc fecerit, & facit pro sua manutentione suæ possessionis, &c. *Postius de manu. Obser. 5. n. 12. & post. tract. Dec. 415. n. 1. & 2.*

Nam adhunc effectum attenditur potius originalis naturæ causa, quàm accidentalis, & sic non inspicitur citatio, sed petitio, & quid petitur, quæ est manutenentio Possidentis, &c. *Alex. consil. 101. nu. 6. lib. 5. Aymon. consil. 182. n. 21. Osacc. Dec. pedemont. 151. n. 5. Model. consil. 5. Postius de man. obser. 5. n. 12. & post tract. Dec. 417. n. 2. Barbosa in Vot. Dec. lib. 3. V. 106. n. 77.*

Quare non est hic cauillandum, vt Cauillatum fuit à Contradictore in vna scriptura italico sermone facta dicens. scripturas à se factas fuisse pro Partis suæ iusta defensione, & hac de causa illas in Iudicium præsentatas extitisse, ideò Pars contraria non est Actor. Respondetur hoc

falsum

falsum esse; & probatur. Quia ista defensio à contradictore vocata non se habet per modum defensionis, sed magnæ offensionis contra iustitiam, quia defensio incipere non potest, nisi iniuria incipiente, vnde cum defensio Partis contrariæ à Contradictore assumpta sit, ac fiat non existente iniuria, quia defensio consistere debet in propulsatione iniuriæ latæ. iste Contradictor, vel Pars contraria non est iniuria affecta, cum non habeat ius præcedendi ijs, qui Custodes Prouinciales fuerunt, sed potius iuris resistentiam habet, quia ius, lex, consuetudo aliter imperat, ac præcipit. Ideò cum iste Pater .N. per viam Iudicis quærat, ac petat manuteneri in sua possessione præcedendi; &c. à iure acquisita, & habita à principio sui Custodiatus, ius in re habens, vt supra probatum fuit; & ad hoc faciendum contrariæ Parti non fit iniuria. Quia vtitur iure acquisito à lege ex titulo Custodiatus. Ergo non existente iniuria non est, nec dici potest defensio, sed magna offensio, &c. Sed potius à contrario magna iniuria, & iniustitia iste Pater est affectus, cum Contradictor defendat iuri communi, ac legi contrariū. Ratio est, quia ius, ac lex imperat, & præcipit dari debere Paternitatem, & præcedentiam Custodibus Prouincialibus, & quòd connumerentur, & sint connumerati inter Prouinciæ Patres, vt superius probatum est, Iste Pater fuit verè Custos Patrum de Obseruantia præcisè, &c. Ergo qui contra hoc ius, ac legem vult defendere agit contra iura, & iuris assistentiam, & magnam iniustitiam committit. Ergo non est iusta defensio, sed est, & vocatur iniusta offensio, ac iustitiæ, iustiquè oppressio contra istum Patrem, qui opprimere, et auferre vult isti Patri illa, quæ ei dantur à iure communi intuitu Custodiatus, ac est illicita defensio, & non à lege permissa illa, quæ fit non iure permittente. *Bart. in .l. vt vim col. 2. ff. de iust. e iur. Felin. in cap. Dilecti filij n. 12. de except. Valerius in deffer. vtr. for. in V. defensio diffic.* 1. *n.* 2.

Est notorium euidens, tam iuris, quam facti. Custodes Prouinciales Patrum de Obseruantia ex iure, & eius assistentia, ac etiam ex consuetudine primatum, & præcedentiam habere inter Diffinitores; vt etiam in actu officij Custodiatus iste Pater habuit, vt Custos Vocalis, similiter peractis eorum officijs præcedentia frui posse, & debere inter Patres ex iure, et consuetudine. Dictus Pater .N. fuit verè Custos Prouincialis Patrum de Obseruantia præcisè; &c. vt supra probatum est. Ergo à iure, et lege præcedentiam inter Patres habet consuetudine fultam. Ergo Parti contrarię non fit iniuria ab isto Patre petendo

in Iudicio

in Iudicio manuteneri; &c. nec contradictor ius habet Partem defendendi contra iura aliter præcipientia. Ergo ista iusta defensio sic vocata à Contradictore, quam dicit facere pro Partis defensione, vocatur, ac est iniusta offensio, et iusti, iustitiæquè oppressio, non defensio, quia est facta non existente iniuria, ac etiam contra iura aliter imperantia, cum ius non habeat ad hoc faciendum. Ergo possessionem istius Patris legalem negat, & possessionem alicuius negans est, &c. Actor vocatur, & omnes, qui supradicta negant sunt Actores. Et hic repeti, nec poni debet illa consueta oppositio, siue Magna Cauillatio, &c. contra veritatem posita, & repetita à Contradictore dicente, totaliter gratis; Dictum Patrem .N. Custodem Vocalem electum fuisse, vt Reformatum intuitu Decreti pro eorum satisfactione. Ergo fuit Custos Vocalis pro Reformatis tantùm, non pro Obseruantibus; &c. Ergo defensio Contradictoris est iusta defensio, non offensio. Cui Respondetur consequentiam negando, quia electus fuit Custos intuitu Decreti, vt Reformatus ad satisfaciendam alternatiuam formam accidentalem Decreti pro satisfactione Partis Reformatorum. Satisfieri debuerat sub pœna Peccati Mortalis, etiam formæ substantiali, quę erat electio vnius istorum Membrorum, siue Partium Prouinciam Constituentium, qui erant Obseruantes, & Reformati pro Custode totius Prouinciæ ad satisfaciendum præcepto Regulæ, &c. cum Decretum nihil innouauerit, nisi istam formam alternatiuam dando, &c. vt supra in secunda quæstione probatum fuit. Ideò sic dictus Pater.N. electus fuit Custos Prouincialis Patrum de Obseruantia præcisè, & totius Prouinciæ, vt vnus ex membris, siue Partibus Prouincię ad satisfaciendum Regulæ præcepto; &c. sicut Minister tunc electus fuit, vt vnus de Obseruantia intuitu Decreti pro satisfactione Partis Obseruantium, sed ex præcepto Regulæ, Constitutionum, & Ordinis statutorum, vt vnus ex membris, & Partibus Prouinciæ, fuit Minister totius Prouinciæ, tam Obseruantium, quam Reformatorum, cum vnaquęque Prouincia sub præcepto Regulæ Constitutionum, & Ordinis statutorum obligantę ad Peccatum Mortale, Ministrum, & Custodem Prouincialem suo tempore eligendum habere teneretur, & tenetur pro tota Prouincia, non pro Parte minima, quæ tunc Reformati erant. Ergo iste Pater fuit Custos totius Prouinciæ, & ex consequentia iste Contradictor non habet ius istam causam defendendi, cum contra iura, & iuris assistentiam, ac iustitiam faciat. Ergo non

est

eſt defenſio, ſed magna offenſio contra iuſtitiam.

Ideò, cum iſti Patri illata ſit non parua iniuria, ei auferre volens, quod ei datur à Deo, Religione, & iure communi, & quia defenſio incipere debet iniuria exiſtente, ac illata, vt probatum ſuperius fuit. Ergo ius perfectum ex iniuria habita, ac ei illata, ex iure Diuino, naturali, & legali ſe defendendo ſecundum iura habet. Si igitur iure. Ergo iuſtè; ſi iuſtè; ergo bene. *Cap. quid dicam in fin. 14. quæſt. 4. Maranta P. 2 reſp. 26. n. 23. vbi alia* à contrario ſenſu Contradictor iuſtam cauſã ex iure non defendit, vt probatum fuit. Ergo iniuſtè, ſi iniuſtè. Ergo non bene; &c. Qua de cauſa nemo iniuria, aut damno afficitur ab iſto Patre, cum iure ſuo benè vtatur iuſtè, & ſecundum iura, ſe defendendo, & ſua &c. Quia iure ſuo vtendo nemini fit iniuria. *Ad text. in l. iniuriarum in ff. de iniurijs. Tuſch. litt.* I. *conſil. 162. Barboſa axioma 135. n. 8. vbi multa. Paſqualigus quæſt. 9. n.* 4 Neque alicui damnum infert iſte Pater, qui iure ſuo vtitur, quia ad hoc faciendum ius perfectum habet, non Contradictor, vt ſupra probatum fuit, ratio eſt. Quia nemo damnum infert, niſi, qui id fecerit, quod facere iure non habet. *l. nemo damnum 194. de reg. iuris vbi Gloſſ.*

Omnia ſupradicta fuere tantummodo ad veritatem oſtendendam, & probandam, & ad oppreſſum ſubleuandum, &c. Saluo, &c.

FINIS.